This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

40. 1324.

TENTAMEN CRITICUM

IN

ORIGINEM, DERIVATIONEM ET FORMAM

LINGUAE ROMANAE

IN UTRAQUE DACIA VIGENTIS

VULGO VALACHICAE.

AUCTORE

A. TREBONIO LAURIANO.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

VIENNAE

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITARISTARUM.

1840.

1324.

40. 1324.

provincias translatae, variis deinde multa per saecula fatis luctatae, nunc tandem, aerumnosis superatis malis, celeri ad cunctis propositum mortalibus scopum cursu properantis, Tuaeque, Princeps Philosophe, doctae subiicimus sententiae, oramusque, ut, quod exiguae nostrae perficere potuerint vires, Regia sanciat Serenitas, concedatque, ut opus tanto gloriari audeat Maecenate, natiove tanto consolari queat Patrono, utque eius Principes praeclarae habeant virtutis speculum in Te, Vir excellenti hoc nomine digne, qui non tantum armis communem populorum defendis libertatem, sed etiam omnibus

viribus promoves felicitatem, cuius divina mente genus superbit humanum; sapientia ad rectam vivendi rationem delegatur, prudentia dirigitur, munificentia excitatur, beneficiis adiuvatur, exemplis impellitur. Felicibus namque vivimus saeculis, quibus magni viri non uni alterive nationi, sed cunctis terrarum populis vivere se scire debent, et in quos universum humanum genus aequale jus se habere jure merito putat. Concede, Princeps Serenissime, ut, quum Tuorum admiratione penetrati fuerimus meritorum, nostrum Te nominare liceat; non enim raperis illis, quibus ut singulari jure talis appelleris,

divinum voluit Numen, sed conciliabis alios, qui Te suum reputantes beatos se fore autumabunt; nam facilis in virtute redditur progressus, dum, licet e longinquo, prae oculis habetur exemplar.

Serenitatis Regiae

humillimus atque
devotissimus servus
A. Treb. Laurianus.

DISSERTATIO

DE LINGUIS A LATINA DERIVATIS,

ET IN SPECIE

DE ROMANA IN DACIIS VIGENTI.

Communis est opinio virorum eruditorum, Romae penes linguam doctam complures alias exstitisse dialectos plus minus ab illa differentes, quae nomine linguae *rusticae, pedestris, militaris, vulgaris* insigniri solebant. Quod initio, quum respublica civitatis constringebatur muris, ita fuisse, non adeo facile credi potest; crescentibus tamen viribus, et limitibus imperii magis magisque dilatatis, ex concursu variorum in Italia degentium populorum, non adeo quidem origine, quam moribus et regiminis fôrma, diversorum, plures quamvis ab invicem non multum discrepantes, populares dialectos enatas, non tantum admitti, verum gravissimis rationibus demonstrari potest. Nam, si missa fecerimus reliqua, certe hic ponderantia, argumenta, solummodo Analogia ab hodierno statu Europearum nationum facta, nulli dubio relinquet locum. Consideremus enim Germaniam, sed nihil dicamus de Batavis, Danis, Suecis, eoque minus de Anglis, qui toto differunt coelo, licet eadem sint de stirpe creati, et conferamus Rhenanos cum Austriacis, Helvetios cum Prussis, Saxones cum Thuringis, qui industria eruditorum eo pervenerunt ut uno eodemque saltem scribant modo, quamquam diversissimo loquantur. Hoc idem praebet Italia, ubi ferme quaevis civitas proprium habet idioma, quamvis omnes unam agnoscant literariam linguam; idemque Hispania, et ipsa etiam Gallia; de quibus deinceps exempla quoque oculis subiiciemus. — Diversae hae dialecti, postquam Romanum imperium ultra Italiae exstensum fuisset limites, sensim semet magis evolvere, et in propriam independentem linguam

formare coeperunt; ita enata est in Hispania propria, regionis nomine insignita lingua; ita factum est in Gallia, ita post interitum classicae literaturae in ipsa Italia; ita in peninsula Europae orientali, et ita factum fuisse debuit in reliquis Romano subiectis imperio provinciis, in quibus tamen ingruentibus barbaris exstinctae sunt, supermanentibus his quatuor principalibus una cum earum subdialectis.

Quum itaque omnes, ut superius dictum est, ex uno quasi fluerent fonte, a priori etiam concludere possumus easdem in elementis quoque convenire, unam eandemque basim necessario habere; ast quum in diversis ab invicem penitus seclusis locis evolutae, et variis adiunctis maiorem vel minorem in se influxum exercentibus excultae fuerint, quoad accidentia, omnino differre debere. Quanam ratione, primo jam millennio, haec evolutio locum habuerit, coniecturis quidem illustrari, ast nullis historicis argumentis probari potest, tum propter iniuriam temporum, tum propter dominantem usum omnia acta tam publica, quam privata doctis compillandi linguis, graeca scilicet vel latina, licet sat corruptis, et populare suum quadam spernendi ratione idioma. Hinc horum temporum monumenta corruptae quidem matris latinae, sed non evolutarum filiarum praebent documenta, et omnia, quae huc spectant cum secundo tantum incipiunt millennio, et in hoc etiam haud primis saeculis, sed potissimum tertio et quarto; ab his autem, jam manifestis prodeunt culturae indiciis, fixum quoddam fundamentum profitentes, in quo usque in hodiernum diem ferme nullam passae videntur mutationem; ita, ut si regressum proportionaliter continuare vellemus, cum quadam probabilitate saltem affirmare auderemus, tempore quo Gothi romanum invaserunt imperium, has linguas fere easdem fuisse, demptis barbarismis tardius introductis, nunc etiam facile secernendis.

Quod Hispaniae, Galliae et Italiae attinet linguas, alii sat, abundeque doctis disputarunt verbis; quapropter nos ad eas convertemus oculos, quae in Romani imperii provinciis ultra mare Adriaticum sitis extulerunt caput. Ast quum his, exceptis in utraque Dacia superstitibus, eadem contigerit, quae Britannis et Africanis sors, ut suum scilicet fatalem habuerint finem: nihil nobis restat, quam, ut de hac ultima pauca commemoremus. Indicabimus itaque breviter eius in his terris propagationem, tum paucis adiuncta, in quibus semet evolvere debuit, historicis datis illustrabimus, ut in fine eo facilius, quae de ea dicemus, intelligi perspicique possint.

I. 1.

„Ego sane, qui torpentem rempublicam et dissipatam, tum domestica tyrannide, tum Getarum contumelia, suscipiens, solus Istri accolas adgredi ausus sum, et Getarum quidem gentem penitus delevi, (homines tum ob robur corporis tum ob opinionem de migratione animarum, quam illis Zalmoxis instillavit, bellicosissimos;) et hoc quidem tantum opus annis fere quinque confeci." Paucis his verbis, apud Julianum in Caesaribus, gigantea sua Traianus exprimit gesta, qui duobus bellis contra Dacos susceptis, primo eos a lacessendo Romanum imperium repulit, secundo necdum quietos penitus delevit, postquam stupendum illum in Danubio struxisset pontem, de quo Dio Cassius: „Interim Traianus pontem lapideum in Danubio faciendum curavit, quem ego quidem digne admirari non queo; nam etsi Traiani sunt alia opera magnifica, tamen is pons longe omnibus aliis antecellit. Eius pontis pilae sunt XX. ex lapide quadrato, singulae absque fundamentis altitudine pedum CL, latitudine pedum LX. distant inter se intervallo CLXX. pedum, suntque fornicibus coniunctae. Cuius operis sumptus licet sit incredibilis, tamen plus admirationis habet, quod haec in fluvio gurgitibus pleno, limosoque alveo facta sunt, quodque fluxus eius fluminis alio averti non potuit. Neque vero latitudo ipsius idcirco a me dicta est, quod permagna sit: (nonnunquam enim duplo, triploque maius inundat,) sed quod tanta sit in eo loco angustissimo, quo tamen nullus erat ad faciendos pontes accomodatior. Quo in loco quanto maius flumen ex lato in angustum fluit, rursumque ex angusto multo fit latius, tanto rapidius fertur, altiusque est, ut id pontis faciendi difficultatem maxime augeat. Ex quo Traiani magnitudo animi intelligi facile potest.— Igitur Traianus eo ponte facto, Danubium transivit; dein secure bellum gessit magis, quam celeriter, ac Dacos vix tandem subegit.— Decebalus [Rex Dacorum] postquam regiam, regionemque suam omnem captam esse cognovit, imminereque periculum, ne ipse quoque caperetur, manus sibi attulit. Eius caput Romam perlatum est, et Dacia in potestatem populi Romani venit, in eamque Traianus colonias deduxit."

Eutropius Libro VI. 6. brevibus, ast more suo ponderosis, et extensionem provinciae et numerum in illam ductorum incolarum admirando magis quam, determinando, indicare conatur verbis: „Cum

Dacia bello Decebali viris esset exhausta, Traianus ad frequentandam hanc, decies centena millia passuum in circuitu habentem, provinciam, ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat, ad agros et urbes colendas."

Ptolomaeus in sua Geographia nominat ultra quadraginta urbes, Tabula Peutingeriana fere quinquaginta, haud tamen omnes illas recensens, quas Ptolomaeus noverat, unde mutua facta suppletione ad septuaginta, et amplius ascendunt. Ulpianus in Digestis, de Censibus Libro I. §. 8 et 9. docet quinque complurium harum coloniarum Italici juris fuisse: „In Dacia quoque Zernensium colonia a Divo Traiano deducta, juris Italici est. Zarmizegethusa quoque eiusdem juris est: item Napocensis colonia et Apulensis, et Patavicensium vicus, qui a Divo Severo jus coloniae impetravit." Inscriptiones, quarum ultra ducentas, in sola Dacia centrali inventae sunt, testantur plures insignes civitates municipii jure donatas fuisse. In his occurrunt nomina sex legionum, quae ad tutandam Provinciam ab Imperatore fuerunt constitutae, scilicet: I. Adiutricis, V. Macedonicae, VI. Victricis, VII. Claudiae, XXX. Valentis Victricis, et frequentissime XIII. Geminae, i. e. ex duabus aliis conflatae; quae testibus iisdem monumentis etiam Gemina Ulpiana dicta est.

Provinciae huic, quae inter Augusti, non Senatus, numerabatur provincias, adeoque militari gubernabatur modo, et Dacia Augusta appellabatur, Traianus praefecit Propraetorem M. Scaurianum, qui etiam Procurator fuit collegii Aurariarum, quod Imperator constituerat ad laborem operariorum metallicorum dirigendum, cuius uti et officialium eiusdem praecipuorum, nempe Praefecti sive Procuratoris et Patroni, Subprocuratoris et Decurionis, itemque Triumvirorum Monetalium, Coactorum Auri Lustralis, i. e. quovis lustro Romam deportandi, et Quaestorum etc. frequentissima in lapidibus mentio facta reperitur.

Viae lapidibus stratae, quarum tres transibant Danubium, uti Tabula indicat Peutingeriana, per totam decurrentes provinciam, principales jungebant civitates, conditae Basilicae, Templa, Amphitheatra, Balnea, Aquaeductus etc., quorum rudera hodie quoque visuntur, florentem sub Augustis provinciae indicant statum, quae una ex primis et pulcherrimis vasti erat imperii Romani.

Floruit verum haec provincia ab Anno Urbis conditae 859. Aerae vulgaris 106, quo Traianus eam formaverat, sub optimis et for-

tissimis Imperatoribus per centum et sexaginta annos, usque ad Gallieni tempora, quibus, externe ingruentibus undique barbaris, et interne insurgentibus successive triginta tyrannis, amissa est. Q. Nonius Regillianus in Dacia natus, Imperator strenuus, patriam quidem suam in his turbis a barbaris purgavit, ast brevi post a militibus trucidatus est; et simili periit ratione Gallienus Anno 268. Successit eidem M. Aur. Claudius, qui anno 269. Gothos Illyricum, Macedoniamque vastantes, ingenti proelio vicit, et Gothici elogium, deleta quoque illorum classe, sibi tribui passus est; qui anno 270 pariter vitae ereptus est. *)

Aurelianus Sirmii, ubi natus erat, Imperator acclamatus, cum non obstantibus felicibus cum Gothis conflictibus, vastatum Illyricum et Mysiam perditam videret, circa Annum 271. desperans Daciam retineri posse, legiones cum magna parte provincialium ex provincia abduxit et in Mysiam collocavit, quam deinde suam Daciam appellare voluit, ne tantae a Traiano formatae provinciae nomen oblivioni traderetur.

Et haec nova Dacia fuit, quae deinceps a scriptoribus Byzantinis compellatione *Ripensis* et *Mediterraneae* distincta venit, utpote quae a septemtrionibus Danubii ripae adiacebat, et meridiem versus per Dardaniam et montem Haemum, et tardius quidem per ipsam Thessaliam usque ad Pindum montem extendebatur. Nostris quidem temporibus a scriptoribus minus criticis, praecipue Hungaricis, duae hae Daciae novae, *Ripensis* scilicet et *Mediterranea*, in antiqua Dacia Traiani quaesitae sunt; quibus, nescio qua supernaturali inspiratione, deinde tertia addita est, *Alpestris* nimirum, cuius plane nulla fit apud veteres scriptores mentio. Nam antiqua Traiani Dacia nullam habuit nominibus insignitam divisionem; et hoc constat omnibus, qui Romanam historiam vigilando, non autem somniando legerunt. Haec sub Regibus propriis (Dacicis,) ergo ante occupationem

*) Delevimus trecenta viginti millia Gothorum, duo millia navium mersimus. Tecta sunt flumina scutis, spathis et lanceolis omnia littora operiuntur. Campi ossibus latent tecti: nullum iter purum est: ingens carrago deserta est. Tantum mulierum cepimus, ut binas et ternas mulieres victor sibi miles possit adiungere. *Epistola Imperatoris apud Treb. Pollionem in Claudio.*

Romanorum, extendebatur a Flexu Danubii juxta Carpim, in iis scilicet locis, ubi hodiernum castrum Vissegrad jacet, supra Budam, secundum eundem Danubium fluvium usque ad Pontus Euxinum sive Mare nigrum; hinc usque ad Barysthenem fluvium; septemtriones versus autem usque ad Carpaticos montes. Ita Strabo. — Tempore, quo Traianus Dacos devicit, pars inter Danubium et Parthyscum tenebatur a Jazygibus Metanastis, quae ipsis, quoniam a Dacorum insurrectione secundo abstinuerunt bello, relicta est; ast tardius inquietem exserentibus ademta, et reliquae Daciae adiuncta est; pars autem orientem versus, ultra Hierasum amnem jacens usque ad Barysthenem fluvium, re quidem Daciae, forma autem administrationis Mysiae inferiori adnumerabatur; interiacens regio Dacia propria erat. Ita Ptolomaeus. — Naturâ quidem divisa erat vetus Dacia in *centralem, orientalem, occidentalem, borealem* et *australem*, sed nominibus carebat. Hinc valde bene fecissent, qui nomina illi dare voluerunt, quae nunquam habuit, si quinque, ut saltem secum natura fert, construxissent, in quot partes medio et recentiori aevo re ipsa divisa fuit, sed non antiquo. Ast quamquam nugae sint illorum fictiones, tamen, quia incauti res deinde historice veras illis superstruxerunt, videamus oportet, quonam modo ea applicuerint nomina.

Qui ergo nomen Daciae *Ripensis*, Daciae Traiani attribuerunt, illi nisi hanc provinciam, quae ad dextram Danubii ripam jacebat, transtulerunt ad sinistram *); huic parallele superposuerunt *Mediterraneam* semet ab occidente orientem versus extendentem; huic deinde posteriori superaddiderunt, simili modo parallele *Alpestrem* borealem eius complectentem tractum. Et hi sunt primi ignorantiae historicae fundatores et novorum errorum introductores. Tardiores plerumque ex Dacia centrali orti, quibus, non tantum septemtriones versus, alpes erant, sed multo maiores orientem et meridiem versus, Daciam *Alpestrem* universali ab ipsis conficto nomine *Transalpinam* esse voluerunt, itaque eam, quae reipsa ad Danubii jacebat ripam, hoc nomine insigniverunt; sed quid nunc cum *Ripensi* faciendum? nam *Mediterraneam* pro se retinuerunt. Applicuerunt ergo hanc Parthysco fluvio, per totam scilicet oram occidentalem extensam. Et

---

*) *Petri Ranzani* Epitome Rerum Hungaricarum, Indice II.

inde enata est celebris illa praeteriti et postri aevi nomenclatura tres Dacias optime explicans *). Hoc ad intelligendos et refellendos recentiores, nugarum perniciosarum magistros sufficiat.

2.

Romani in antiqua Traiani Dacia suis familiis, possessionibus et natali solo, quod jam ipsorum erat patria, alligati, fatalibus his temporibus, quibus Romae quoque haud securior erat vita, quam in ultimis terrae finibus, inter quosvis ignotos barbaros, jugum Gothorum, quibus per viginti ferme annorum commercium adsueti erant, ferre maluerunt, quam omnia haec certa relinquere bona, et in nova ipsis peregrina transire loca, incerta quaerentes **). Quapropter numerosissimae et potentissimae familiae, nequaquam Aureliani militaria in Mysiam secutae sunt praesidia, cum parcioris fortunae fratribus, qui nihil hinc illuc perdebant migrantes. Ast nec Gothorum adeo durum fuit jugum, nam hi ut barbari ex bello victitantes, se in possessione provinciae videntes, incolas pacificos non modo non turbarunt, sed etiam contra omnes alios defenderunt incursores, et ut terras tranquille colerent, unde ipsi quoque victum pro spoliis aliunde armis acquisitis haberent, animarunt. Haec inter barbaros secure vivendi ratio, in tantam apud eos abiverat consuetudinem, ut nequidem ab immanissimis cunctae Europae terrorem incutientibus barbaris Hunnis,

---

*) Ita *Felmerus*, ut reliquos taceamus a *Thwrocsio* usque ad *Sulzerum*.

**) The old country of that name [Dacia] detained, however, a considerable number of its inhabitants, who dreaded exile more, than a Gothic master. These degenerate Romans continued to serve the empire, whose allegiance they had renounced, by introducing among their conquerors the first notions of agriculture, the useful arts, and the conveniences of civilised life. An intercourse of commerce and language, was gradually established between the opposite banks of the Danube; and after Dacia became an independent state, it often proved the firmest barrier of the empire against the invasions of the savages of the North. A sense of interest attached these more settled barbarians to the alliance of Rome, and a permanent interest very frequently ripens into sincere and useful friendship. *Gibbon, The History of the decline and fall of the Roman Empire. Volume the first, Chap. XI.*

qui circa finem saeculi quarti Gothos Danubium transire coëgerunt, sibique in Dacia dominatum asseruerunt, permoveri potuerint, ut suam derelinquerent patriam *).

Populus suos diversis in locis eligebat Praetores, qui tandem remotis turbis semet in Duces elevarunt, variosque status formarunt. Obscura haec tempora nomina quidem illorum occultant; communis est tamen opinio, quae haud omni caret argumento, plures eorum, vel ut alii censent, omnes, eodem compellatos fuisse nomine; nam tardius etiam, aut continuo eodem, aut saepissime, reperimus, etsi, antequam ad gubernaculum accessissent, aliter vocati fuerint, idem post hinc usurpasse videmus **). Ferunt itaque Duces Daciae orientalis, inde a temporibus Gothorum nomen gessisse *Joviani*, aut *Diodori*, quod idem significat graeco idiomate, et quod deinde a vicinis Sclavicis nationibus in suum translatum sermonem *Bogdanus* sonat, unde regionem illam hodie quoque Turci *Bogdaniam* vocant; Daciae vero australis Duces dictos fuisse *Hilarios*, vulgari autem nomine *Bucculos*, unde etiam eorum Metropolis *Bucculesci*, id est, *Hilariopolis* appellata est; quod nomen simili modo Sclavi in suum verterunt idioma, expresseruntque *Radum*. Eadem censent ratione centralis Daciae Duces communi nomine appellatos fuisse *Julios* vel *Gelios*, quod consonat cum nomine ultimi in pugna cum Hungaris occisi, — qui circa finem saeculi noni, ex orientalibus eiusdem Daciae oris, a Patzinacis ***) cum Romanis sociatis ****) pulsi, Alpes traiecerunt, commissoque cum *Gelio* proelio, post cruentos conflictus, hunc tandem interfecerunt, et cum Romanis mortem sui Domini videntibus, foedus juramento iniverunt *****); — tum cum ipso Metropolis no-

---

*) *Thwrocz, Chronica Hungarorum Parte I. Cap. 17.*

**) *Cantemir, Descriptio Moldaviae Parte II. Cap. 2.*

***) *Constantinus Porphyrogenitus, De Administratione Imperii, Parte II. Cap. 38.*

****) Propter hanc Romanorum cum Patzinacis societatem, solent saepissime apud Byzantinos scriptores, illi horum insigniri nomine, quod egregie probavit *Lucius* in *Historia Regni Dalmatiae, Lib. VI. Cap. 5*; deinde *D'Anville, Memoire sur les peuples qui habitent aujourd'hui la Dace de Trajan. Memoires de l'Academie des Inscriptions Tom. XXX.*

*****) [Tuhutum pater Horca] vir astutus, dum coepisset audire ab incolis bonitatem terrae ultra silvanae, ubi Geleou quidam Blacus dominium

mine *Alba Julia*, et simul cum nomine deinceps continuato ex Hungaris sibi electorum Ducum, qui plures successive *Julii*, Hungarice *Gyula*, dicti sunt. Aliorum quoque huius temporis Romanorum in occidentali Dacia Ducum historia mentionem facit, et in specie *Claudii* sive *Gladii*, qui ea dominabatur in regione, quae a meridie Danubio, ab occidente Parthysco, a septemtrionibus Marisio, ab oriente

---

tenebat, coepit ad hoc anhelare, quod si posse esset per gratiam Ducis Arpad domini sui, terram ultra silvanam sibi et suis posteris acquireret, quod et sic factum fuit postea. *Anonymi Belae Regis Notarii Historia Hungarica, Cap. 24.* Tuhutum egressus est ultra silvas versus orientem, contra Gelou Ducem Blacorum. Gelou vero Dux ultra silvanus, audiens adventum eius congregavit exercitum suum, et coepit velocissimo cursu equitare obviam, ut eum per portas Mezesinas prohiberet, sed Tuhutum uno die silvam pertransiens, ad fluvium Almas pervenit, tunc uterque exercitus ad invicem pervenerunt medio fluvio interjacente. Dux vero Gelou volebat, quod ibi eos prohiberet cum sagitariis suis. *Capite 26.* Mane autem facto Tuhutum ante auroram divisit exercitum suum in duas partes, et partem alteram misit parum superius, ut transito fluvio, militibus Gelou nescientibus, pugnam ingrederentur, quod sic factum est. Et quia levem habuerunt transitum, utraque acies pariter ad pugnandum pervenerunt, et pugnatum est inter eos acriter, sed victi sunt milites Ducis Gelou, et ex eis multi interfecti, plures vero capti. Cum Gelou Dux eorum hoc vidisset, tunc pro defensione vitae cum paucis fugam cepit. Qui cum fugeret properans ad castrum suum, juxta fluvium Zomus positum, milites Tuhutum audaci cursu persequentes Ducem Gelou juxta fluvium Copus interfecerunt, Tunc habitatores terrae videntes mortem Domini sui, sua propria voluntate dexteram dantes, Dominum sibi elegerunt Tuhutum, patrem Horca, et in loco illo, qui dicitur *Esculeu* fidem cum juramento firmarunt, et a die illo locus ille nuncupatus est *Esculeu*, eo quod ibi juraverunt. Tuhutum vero a die illo terram illam obtinuit pacifice et feliciter, sed posteritas eius usque ad tempora Sancti Stephani obtinuit. *Cap. 27.*

Nomen *Blaci*, *Vlaci*, *Valachi*, quod Romanis dari solet, paucis hic discutere verbis, ad rem intelligendam, opportunum censuimus. Hac de re duae sunt praedominantes opiniones. Quidam putant, hoc nomen a Germanis datum fuisse, qui nationes *Celto-Romanas*, *Gallos*, hinc *Gualtos*, *Wallos*, *Wallones*, *Wallischos*, *Wallachos* appellant, et huius inter caeteros erat etiam celebris Voltaire; alii vero autumant a Sclavis eos, una cum omnibus Italicis nationibus, ita dictos

centralis Daciae alpibus cingitur, et hodie *Despotatus Temisianus* sive *Banatus Temesiensis* nominatur. Strenuus hic Dux post multas et cruentas cum Hungaris pugnas, suum amplius retinere posse regnum desperans, *missis Legatis* [*ad Hungaros*] *pacem ab eis petere coepit, et castrum sua sponte cum diversis donis condonavit.* (Verba sunt Notarii.) Hungari *filiis incolarum in obsides positis* pacem fecerunt, et Gladii progeniei, ipsis deditum, reliquerunt

---

fuisse, proprio vocabulo *Dominum* significante, *Wlados*, *Wladios*, *Wlassios*, *Wlachos*, *Wlossos*, *Wlochos*; quod si verum est, confiteri debemus eosdem valde male reciprocatos fuisse, quippe qui *Sclavi* et *Servi* nominati fuerint a Romanis. Sunt praeterea etiam alii, qui censent a nomine *Latino* vel *Latio*, Sclavico more dictitatos fuisse *Blacios* et *Vlacios*; Aeneas Sylvius autumat, a Duce *Flacco* Germanica pronunciatione *Vlaccos*; Bonfinius vero a Graeca voce *βαλλωαχίδα*, quod sint optimi jaculatores, appellatos fuisse. Ast notari meretur Romanos ipsos hoc nomen pati non posse, quippe, qui propria lingua se *Romanos* nominant, nec aliter a peregrinis nominari volunt.

Pariter notare voluimus hic diversa nomina, quibus, medio praesertim aevo, a variis scriptoribus, Daciae Traiani provinciae insignitae fuerunt, ut deinceps ab omni dispensemur explicatione. En illa:

Dacia centralis: Intramontana, *Μεσοδακία*, *Μεσοδανία*, *Μεσοβλάχια*, *Ορροδακία*, *Ορροδανία*, *Ορροβλαχια*, *Αργοδεβελλον*, Erdeuellum, Ardellum, Erdelium, Ultrasilvana, Transsilvana, Septemcastrensis, Heptapolitana.

Dacia orientalis: Ultramontana, *Μαυροδακία*, *Μαυροδανία*, *Μαυροβλαχια*, Morodavia, Moldavia, Valachia maior, Tyriana, quod Tyrae fluvio adiaceat, Kara-Wlak et Bogdania turcice; divisa per Pyretum fluvium in *Bassadaviam* sive *Bassarabiam* et *Moldaviam propriam.*

Dacia australis: Inframontana, *Αργοδακία*, *Αργοδανία*, *Αργοβλαχια*, Valachia propria, Valachia minor, Istriana, quod Istro fluvio adjaceat, Ak-Wlak turcice; divisa per Alutam fluvium in *Juniunam* et *Argisianam.*

Dacia occidentalis: Citramontana, *Ωχροδακία*, *Ωχροδανία*, *Ωχροβλαχια*, *Ουγγροβλαχια*, Pannodacia, Trans-Tibiscana Hungaris, partem Hungariae Regni efficiens; divisa per Marisium fluvium in *Temisianam* et *Chrysianam.*

Dacia borealis: Supramontana, *Χλωροδακία*, *Χλωροδανία*, *Χλωροβλαχια*; divisa per Carpatos montes in citeriorem *Marmorosam* et ulteriorem *Arborosam*, *Ploniniam*, *Buccovinam*; cuius pars citerior tamen communiter Daciae vel occidentali vel centrali adnumerata fuit, ulterior vero orientali, usque ad finem praeteriti saeculi, quo ab eadem avulsa et Sarmatiae adiuncta est.

regnum, ex qua progenie *Ohtum* descendebat, longo post tempore a *Sunad* interfectus *). Meminit eadem historia Ducis quoque *Marii* sive *Marioti*, (*Morout* et *Menumorout* scribit Notarius male interpretatus nomen *Minor-Marius*,) qui ditionem supra Marisium, inter hunc fluvium a meridie, Parthyscum ab occidente, et Samisium a septemtrionibus tenebat, continua inde a priscorum tempore Romanorum successione, cuius proavum eiusdem nominis Attila occiderat **). Hic transactione cum Arpado facta, et filia sua, quàm unicam habebat, Zoltae Arpadi filio in matrimonium data, *sine filio mortuus, regnum suum totaliter Zoltae genero dimisit in pace.* (Verba Notarii.) Memoriae quoque traditus est alius Ducatus ab Hungaris pariter dependens ultra Samisium fluvium jacens, in septemtrionali scilicet Dacia, ditione nostris temporibus *Marmorosa* dicta, unde Dacia orientalis saepius a barbaris vastata, novis iterum incolis frequentata est ***); quapropter Hungari ad illam quoque *Suzeranitatis* suae jus extendere et armis confirmare conati sunt.

3.

His de veteris Traiani Daciae incolis, post occupatam a barbaris provinciam, notatis, transeamus in novam Aureliani Daciam. Neque haec, funestis illis temporibus, minus a barbaris infestata fuit, licet strenui Imperatores eam omnibus defenderint viribus, hacque ratione completam prohibuerint occupationem, donec saeculo septimo Bulgari imperante Constantino Pogonato Danubium transiverint, omnemque illum terrae tractum usque ad Haemum montem et ulterius per Thraciam et Macedoniam occupaverint, Romanosque novam Aureliani Daciam incolentes sibi adsciverint.

---

*) Tragicus huius egregii viri finis invenitur ample descriptus in Actis *Sancti Gerhardi Episcopi Chanadiensis.*

**) Idem *Anonymus Belae Regis Notarius, Capite 11 et 22.*

***) *Thwrocz in sua Chronica, Parte III. Cap. 49.*

Hi fortissimi sunt, et innumera bellicae virtutis eximia dederunt exempla, inter quae illustrissimum fuit anni 1717. quo soli 20000 Tartarorum deleverunt, Regnumque Hungariae ab illorum invasione liberarunt. Vide *Ungarisches Magazin, dritter Band, III. Stück, Nro. 20.* Grande peccatum, quod militiae horophylaci non sint adscripti, egregiam enim formarent legionem, propugnaculumque contra septemtrionales barbaros.

Hoc tempore proprium Romanum imperium in oriente quoque expiravit, (supermanente eiusdem umbra usque ad decimum quintum saeculum.) Nam post invasionem Bulgarorum, mortemque Constantini, quo adhuc vivente lingua Romana, saltem militaris, in Aureliani Dacia vulgaris erat, (aulica enim inde a temporibus Marci Aurelii Graeca erat, quae deinde a Diocletiano formaliter introducta, et tardius sub Juliano una cum Graeca Philosophia pro sola Imperatore digna agnita est *), latineque loqui jurisconsulti tantum permissi sunt, qui Flavio Justiniano codicem compilare jubente animati, Romanum restituere una cum lingua imperium, satis quidem, sed frustra conati sunt, omnia enim pessum ibant, praesertim cum Phocas tyrannidem nactus fuit,) in provinciis ad imperium pertinentibus penitus exstincta est.

Romani nunc cum Bulgaris juncti, propriam constituerunt rempublicam Byzantino imperio maxime inimicam, suosque concives sensim eo adduxerunt, ut Christiana amplecterentur sacra, quod anno Aerae vulgaris octingentesimo sexagesimo quinto factum est. Quae conversio causa fuit celebris illius scissionis inter Ecclesiam occidentalem, id est, Romanam, et orientalem, id est, Byzantinam; quum Romani, qui in sacris, licet non in politicis, a Byzantinis dependebant, post conversionem suorum concivium jugum Graecorum penitus excutere volentes, Romanae, id est, suae, et non Graecae subesse Ecclesiae maluerint, Graeci autem eos a proposito abducere conantes, quaecunque maligna potuit producere imaginatio de Ecclesia finxerint Romana, itaque odium excitantes infelicem causaverint illam separationem, quae quidem momento ipsis nihil profuit, et successu temporis vel plurimum nocuit, vel ut verius loquamur, eos penitus exstinxit.

Bulgari hoc fidei vinculo Romanis adhuc strictius uniti, Reges quoque suos ex his eligere maluerunt, virtutem et prudentiam eorum conspicientes. Nominatus itaque est Rex *Simeon*, post huius

---

*) Tam M. Aurelius Philosophus, quam Fl. Julianus Apostata docta sua opera graece composuerunt; permiseruntque latine historiolas scribere ille Justinum, hic Eutropium; Diocletianus quandiu Imperator fuit Romam semel tantum videre voluit, nec tunc ultra duos menses in Urbe commoratus est.

decessum *Petrus*, quem secutus est *Samuel* *), quo mortuo turbis in republica ferventibus regnum a Basilio II. *Bulgaraclono* dicto, occupata Metropoli Achride oppressum est, ineunte saeculo undecimo, et Romani sub Graecorum venerunt dominatum.

Quanta huius temporis etiam apud Byzantinos rerum historicarum fuerit ignorantia, inde vel maxime patet, quod cum hi, post eversum statum, in cognitionem venerint gentis, stupebant eam italice ferme loqui audientes, italicoque more vivere cernentes. Laonicus enim Chalcondylas Historiae suae libro II. haec de illa scribit: „Dacorum sive Blachorum lingua similis est Italorum linguae, adeo tamen corrupta et differens, ut difficulter Itali queant intelligere, quae istorum verbis proferuntur. Unde autem lingua moribusque Romanis usi in istam regionem accesserint, ibique sedes fixerint a nullo mortalium accepi, nec aliquem audivi, qui ista loquendo commemoraret; dicuntur tamen homines undique confluentes in istam regionem penetrasse. — Nihil differunt ab Italis, caetera etiam victus ratione, armorumque et suppellectilium apparatu, etiam num eodem utentes; quamvis ea gens in duos distincta sit principatus, Bogdaniam videlicet, et Regionem Istrianam: haud tamen aequo inter se jure vivunt." Et inferius relata Peloponesi et Boeotiae occupatione, subiicit: „Pindum montem Blachi incolunt, quibus eadem cum Dacis est lingua, nec quidquam a Dacis, qui Istrum accolunt differe cognoscuntur." Nicetas autem de Isaacio Angelo scribens *Mysos* eos appellat, a provinciae nomine, uti et Laonicus *Dacos*, dicens: „Haemi montis accolas sibi et Romane (Byzantino) imperio infestissimos reddidit, qui olim Mysi, nunc Blachi nominantur." Anna vero Comnena, mulier, quae secus multa scit, hac in re quodam gentis despectu suam conatur tegere inscitiam: „Alexius Caesari Nicephoro mandaverat, ut quam plurimos posset, conscriberet milites, non e veteranis, sed novos, et eatenus expertes belli, genera ipsa subtiliter explicans, ex quibus hos fieri delectus tironum mallet, nempe

*) Hoc probatur verbis Regis Joannitii, qui se Romanum profitens, jus in regnum se habere haereditarium affirmabat, utpote qui ab antiquis Regibus *Simeone*, *Petro* et *Samuele* descendebat, quos alioquin etiam Romanos fuisse oportuit. Vide eius ad Papam Innocentium III. epistolas inferius allegatas.

Bulgaros et pastoritiae duratos vitae laboribus, agrestes juvenes incertis sedibus vagos, quos communis dialectus *Blachos* vocare consuevit." Cinnamus bellum ab Emanuele Imperatore cum Hungaris gestum referens ait: „At Imperator ex eis non modice indignatus, ipse iterum in Hungariam movere instituit: atque ut Romanae fortitudinis hostibus daret argumentum id potissimum comminiscitur. Alexium quidem, cui desponderat filiam, cum multis copiis, quibus Alexius Protostrator praefuerat, versus Istrum misit, quo Hungaris fucum faceret, quasi ex consuetis rursus locis in eos impetum esset facturus. Leonem autem Batatzem nomine, aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero *Blachorum* ingenti multitudine, qui Italorum coloni quondam fuisse perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere jubet, qua exparte nemo adhuc a primis saeculis eos invaserat. Alexius itaque et alius Romanorum exercitus cum ad Istrum pervenissent, metum Hungaris facere, quasi continuo inde traiecturi, Batatzes autem ab iis, quae diximus locis, irrumpens, omnia depopulatus, obvia quaeque prosternit, hominum ingentem caedem edit, nec pauciores captivos ducit, ad haec pecorum equorumque, et aliorum inde animalium greges agens, ad Imperatorem revertitur." *)

---

*) Mentionem huius terribilis cladis facere videtur Thwroczius, in sua Chronica, licet eam prioribus adstruat annis, regnante scilicet Stephano Meretricio, quum haec sub tertio huius nominis Rege acciderit: „Ea de causa misit Imperator exercitum ingentem in Hungariam, in *Haram*, et Hungari aliquem impetum facere non poterant, quia Graeci per ingenia inflammabant ignes sulphureos in naves Hungarorum, et eas in ipsis aquis incendebant. Misit itaque Rex omne robur regni sui, contra Graecos, quibus praefecit Stephel. Qui venientes pugnarunt cum Graecis ultra rivulum *Karaso*, versus *Boron*. Fuit manus Domini cum Graecis, nec potuerunt Hungari resistere. Tanta ergo strages raro facta est, quanta ibi contigit. Rivulus enim *Karasu*, humano sanguine in tantum mixtus fuerat, quod omnino sanguis esse putabatur. Jacebantque loricati homines in fluvio, tanquam trunci, super quibus fugientes et persequentes, transibant rivulum, quasi super ponte. Mactabantur autem Hungari, tanquam boves; nec erat, qui redimeret eos de manibus Graecorum. *Ciz* vero Comes et alii boni milites ibidem occubuerunt. *Thwrocz Chronica Hungarorum, Parte II. Cap. 63.*

Melioribus cognitionibus imbutos doctos Italiae reperimus viros: *Innocentium III. Pontificem Maximum*, *Aeneam Sylvium* postea *Pium II. Romanum Pontif.*, *Philippum Callimachum*, et imprimis lepidissimum *Antonium Bonfinium*; et recentioribus temporibus magni nominis *Franciscum Grisellinum*, quorum irrefragabilia testimonia jam mox adferremus. Minus instructi his de rebus videntur vicini Poloni, ast tamen sinceri, quae sinceritas, proh dolor! potissimum desideratur apud Hungaros, qui etiam nomen nationis plerumque occultare conantur, et ubi proferre coguntur, summa cum acerbitate faciunt, nunquam omissis invectivis. *) — Ast redeamus ad nostram rem.

4.

Saeculo duodecimo Aerae vulgaris Romani in nova Dacia Aureliani degentes jugum Graecorum post ducentos fere annos pertaesi, duobus praeeuntibus fratribus Petro et Axiano arma capessentes, excusserunt, adiunctisque sibi antiquis concivibus Bulgaris, proprium fundarunt imperium, vel potius antiquum restituerunt. Quo firmato securoque reddito Joannitius post fratrum mortem Imperator nominatus, ecclesiasticam quoque disciplinam restituere cupiens ab Innocentio III. Romano Pontifice Legatione honoratus, literas eidem scripsit Pontifici, regnumque suum Romanae, a qua ab illo tempore, quo in Byzantinorum venerat potestatem, avulsum erat, vovit Eccle-

*) Excipi tamen meretur recentior Isthvanfius, cujus Libro XIII. haec habentur: „Duas Valachias, quae hoc tempore Moldaviae et Transalpinae nomine censentur simul cum Transylvania, veteres uno Daciae nomine appellabant; fuisseque in eam Romanorum colonias deductas, praeter innumera antiquitatis monumenta saxis et marmoribus incisa, et adhuc extantia, illud etiam argumento et testimonio est, quod incolae Romana lingua, quamquam corrupta, utuntur, quae Hispanicae et Gallicae atque etiam Italicae adeo similis est, ut non magno labore ad mutuum sermonis commercium intelligi queat. Moldavia mari nigro, ut nunc vocant, seu Ponto Polemoniaco propinquior, Transalpina Danubio contermina est, quo etiam a Bulgaria separatur. — Transylvaniae urbes a Saxonibus incoluntur, veteremque Germanorum linguam retinent. — Caeteras partes Valachi et Siculi inhabitant, illi Romana, Ungarica hi utentes lingua. *N. Isthuanfius Pannonius, Historia Regni Hungariae, Lib. XIII.*

siae, insigniaque regalia ab illo petiit, quae etiam obtinuit. Nonnullas harum curiosarum epistolarum hic attingendi haud inopportunum fore judicavimus locum, quum praeterea paucis admodum notae sint, et magnum historiae propagent lumen.

Scribit enim Stephanus Baluzius in Gestis Innocentii III. Romani Pontificis: „Cum autem regnum Blacorum et Bulgarorum a longissimis retro temporibus se ab obedientia sedis apostolicae subtraxisset, Dominus Innocentius, tanquam bonus pastor, cupiens errabundas oves ad caulas reducere, direxit Dominicum Archipresbyterum Brundusinum, virum in Graeca et Latina lingua peritum, ad Joannitium Dominum Blacorum et Bulgarorum, qui a Graecorum dominio se subduxerat *); per quem tales ei litteras destinavit:

Respexit Deus humilitatem tuam et devotionem, quam erga Romanam Ecclesiam cognosceris hactenus habuisse, et inter tumultus bellicos et guerrarum discrimina non solum potenter defendit, sed et misericorditer et mirabiliter dilatavit. Nos autem audito quod de nobili urbis Romae prosapia progenitores tui originem traxerunt, et tu ab eis et sanguinis generositatem contraxeris, et sincerae de-

---

*) Sed non ut Marescalcus Godofredus Ville-Hardouinus putat, qui sat male his instructus erat de rebus, licet propriis viderit oculis Joannitium: „Après par li conseil des Grius et des François, issi l'Emperéres Alexis à mult grant compaignie de Constantinople por l'Empire aquirer, et metre à sa volenté. Avec lui en alla grant partie des Barons, et l'autre remest por l'ost garder. — — Et sachiez que en céle ost ou l'Emperéres alla, che tuit li Grieu de l'une part et de l'autre des Braz vindrent à lui et à son comandement, et à sa volenté. Et li firent fealté et homage com à lor Seignor, fors solement Johanis qui ére Roi de Blakie et de Bougrie. Et cil Johanis si éres uns Blaqui qui ére reveléz contre son pere et contre son oncle, et les avoit guerroiéz vingt anz; et avoit tant de la terre conquis sor als que Rois s'en ére fait riches. Et sachiez que de céle partie del Braz Sain George devers occident, poi en falloit, que il ne l'en avoit tolu près de la moitié. Icil ne vint pas à sa volepte, ne à sa merci. *Histoire de Geoffroi Ville-Hardouin §. 105. et 106.*

Quapropter doctissimus Du Fresne recte animadvertit: „Ville-Hardouin s'est mépris lorsqu'il dit, que Jean Roy de Bulgarie s'estoit revolté contre son père et contre son oncle, contre l'authorité des meilleurs Escrivains. *Histoire de l'Empire de Constantinople sous les Empereurs françois Note 106.*

votionis affectum, quem ad sedem apostolicam geris quasi haereditario jure, jampridem te proposuimus et litteris et nuntiis visitare: sed variis Ecclesiae solicitudinibus detenti, hactenus non potuimus nostrum propositum adimplere. Nunc vero inter alias solicitudines nostras, hanc etiam assumendam duximus, imo consummandam potius jamdudum assumptam, ut per Legatos et litteras nostras te in laudabili foveamus proposito et devotione sedis apostolicae solidemus. Dilectum itaque filium nostrum Dominicum Archipresbyterum Graecorum de Brundusio ad te praesentialiter destinantes, monemus nobilitatem tuam et exhortamur in Domino, ac per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus ipsum humiliter et devote recipiens, honorifice et benigne pertractes, et per eum plenius tuam nobis devotionem exponas. Cum enim plene nobis per ipsum de sinceritate tui propositi ac devotionis affectu constiterit, ad te proposuimus maiores nuntios, vel Legatos potius destinare, qui tam te, quam tuos in apostolicae sedis devotione confirment, et de benevolentia nostra efficiant certiorem.

Joannitius autem nuntios et litteras Domini Papae devote recipiens, rescripsit hoc modo:

Venerabili et sanctissimo patri summo Pontifici, ego Calojohannes Imperator Blacorum et Bulgarorum gaudium et salutem mando tibi. Notum facimus sanctitati vestrae, quod nos recepimus vestras sacrosanctas litteras, quas nobis portavit religiosus Archipresbyter Brundusinus, et nos reputavimus eas caras super omne aurum et quemlibet lapidem pretiosum. Unde multas egimus gratias omnipotenti Deo, quia visitavit nos servos suos indignos secundum suam inaestimabilem bonitatem, et respexit humilitatem nostram, et reduxit nos in memoriam sanguinis et patriae nostrae, a qua descendimus. Et nunc sancte pater, tanquam bonus pastor, et caput omnium fidelium Christianorum, filios sanctae catholicae et apostolicae sedis congregare volens in unum, requisistis nos remotos secundum corpus. Et quamvis fratres mei bonae memoriae, jamdudum voluerint mittere sanctitati vestrae, non tamen ad vos pervenire, propter multos nostros contrarios, potuerunt. Et nos similiter probantes semel, secundo et tertio ad vos dirigere, deducere non potuimus quod optavimus in effectum. Et nunc videntes quod sanctitas vestra dignata est mittere imperio nostro, tanquam proprii et dilectissimi filii, sicut amantissimo et desiderantissimo patri, mittimus misericordiae ve-

strae religiosum electum Brandizuberensem fidelem nostrum Presbyterum Blasium una-cum fideli nuntio vestro Archipresbytero Brundusino, referentes vobis ex parte nostra gratiarum actiones et amicitiam et servitium, sicut patri spirituali et summo Pontifici. Sanctissime pater, significastis nobis per sacras litteras vestras, quod nos significaremus vobis, quid ab Ecclesia Romana petamus. Hoc autem petit imperium nostrum ab apostolica sede, ut nos simus in Ecclesia Romana sicut matris filialitate firmati. Imprimis petimus ab Ecclesia Romana matre nostra coronam et honorem, tanquam dilectus filius, secundum quod Imperatores nostri veteres habuerunt. Unus fuit Petrus alius Samuel, et alii, qui eos in imperio praecesserunt, sicut in libris nostris invenimus esse scriptum. Nunc autem, si placitum est auctoritati vestrae nobis istud implere, quicquid imperio nostro duxeritis injungendum ad honorem Dei et Ecclesiae Romanae complebitur. Nec miremini quod nuntius vester citius non redit, quia nos suspicati fuimus aliquid contra eum, quia multi venerunt in imperium nostrum nos decipere cogitantes, sed nos ab omnibus bene novimus praecavere; sed nos pro eo testimonium recepimus Praetextati, et ei acquievimus. Verum si placet vobis, sanctissime pater, mittite nobis magnos nuntios, de quibus nobis per litteras nuntiastis, et istum destinate cum eis; et tunc certificabimur de prima missione pariter et secunda. Det vobis Dominus multos annos.*)

Basilius quoque Bulgarorum Archiepiscopus huius modi litteras Domino Papae transmisit.

Honorantissimo et sanctissimo summo Pontifici Papae, ego Basilius indignus Archiepiscopus sanctitatis vestrae et pastor de Zagora, salutem, gaudium et adorationem merito vobis tanquam patri nostro spirituali. Quamvis non possumus vos corporaliter adorare, vos tamen spiritualiter adoramus, notificantes sanctitati vestrae, quod cum nos vidimus missum a vobis Dominicum Archipresbyterum Brundusinum, Deo gratias egimus, qui non despexit nos humiles et indignos servos suos esurientes et sitientes gratiam et benedictionem

---

*) Quicunque novit vulgare Romanum idioma, facile convincetur hanc epistolam prouti etiam sequentes ab eodem Joannitio missas, ex hoc in latinum translatas fuisse; omnes enim phrases ab initio usque ad finem id redolent.

sanctae catholicae et apostolicae sedis; quia Domini nostri Imperatores et nos voluimus a multis annis mittere ad vos, sed non potuimus, et nunc per voluntatem potentis Dei et vestrae sanctitatis, quia misistis Domino nostro Imperatori orationem et benedictionem, valde bene fecistis. Nos autem haec ab Imperatore discentes, qui fecit nos vocari, levavimus manus ad coelum cum universo populo sic dicentes: Memor fuit nostri Dominus, quod nos non cogitavimus. Unde nos omnes parvi et magni, sicut boni filii rogamus vos, sicut bonum patrem, ut Dominus noster Imperator, quod petit a vobis, obtineat, quia dignus est hoc obtinere; quia ipse ac totum imperium eius bonam devotionem ad Ecclesiam Romanam habent, tanquam haeredes descendentes a sanguine Romanorum. Item rogamus sanctitatem vestram, quod sint vobis recommendati, filius socius noster Blasius Presbyter Brandizuberensis electus, una cum fidelissimo nuntio vestro Dominico Archipresbytero Brundusino, quia eis commisit Dominus noster Calojohannes Imperator sua secreta; et quod isti dixerint vobis et nostrae litterae, firmum habeatis. Et precamur sanctitatem vestram, quod festinetis vestros nuntios destinare.

Receptis his litteris Dominus Papa transmisit ad eos Joannem Capellanum suum cum apostolicis scriptis habentibus hunc tenorem.

Calojohanni Domino Blacorum et Bulgarorum apostolica sedes . . . etc. Hoc igitur attendentes jampridem nobilitatem tuam per nuntium et litteras nostras duximus visitandam, ut intellecto devotionis affectu quem habes ad Romanam Ecclesiam matrem tuam, majores ad te nuntios postmodum mitteremus, qui tam te, qui ex nobili Romanorum prosapia diceris descendisse, quam degentem sub te populum verbo pascerent et exemplo, et de benevolentia et gratia sedis apostolicae redderent certiorem. (Repetit tenorem epistolae Joannitii.) Petisti vero humiliter, ut coronam tibi Ecclesia Romana concederet, sicut illustris memoriae Petro, Samueli et aliis progenitoribus tuis, in libris tuis legitur concessisse. Nos igitur ut super hoc majorem certitudinem haberemus, regesta nostra perlegi fecimus diligenter; ex quibus evidenter apparet, quod in terra tibi subjecta, multi Reges fuerant coronati. Praeterea continebatur in eis, quod tempore bonae memoriae Nicolai Papae praedecessoris nostri Rex Bulgarorum, ad cuius consulta saepissime respondebat, cum toto regno sibi commisso ad praedicationem eius fuerat baptizatus, et Rex ipse ab eo Archiepiscopum postulaverat. Legatus quoque Michaëlis Regis

Bulgarici cum donis regalibus Adriano Papae praedecessori nostro regias litteras praesentarat et postularat ab eo, ut aliquem ex Cardinalibus in Archiepiscopum eligendum dirigeret, quem post approbationem eorum ad sedem apostolicam remeantem ipse postmodum consecraret. Cumque idem Adrianus illuc cum duobus Episcopis quemdam Subdiaconum direxisset, Bulgari corrupti donis Graecorum et promissionibus circumventi, Romanis ejectis, Graecos Presbyteros receperunt *). Licet igitur tantae memoria levitatis nos usque adeo induxerit ad cautelam, ut nullum ex fratribus nostris, Cardinalibus scilicet, ad tuam praesentiam mitteremus, nihilominus tamen dilectum filium Johannem Capellanum et familiarem nostrum, apostolicae sedis Legatum, virum providum et discretum, quem nos et fratres nostri suae probitatis et religionis obtentu inter caeteros Capellanos nostros specialis in Domino dilectionis brachiis amplexamur, ad te duximus destinandum; cui etiam commisimus vices nostras, ut in tota terra tua quoad spiritualia corrigat, quae corrigenda cognoverit, et statuat, quae secundum Deum fuerint statuenda. Per ipsum quoque Archiepiscopo terrae tuae palleum, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, destinamus ei, juxta formam, quam sub bulla nostra dirigimus, conferendum. Eidem quoque Legato nostro dedimus in mandatis, ut siqui forsan in terra tua promovendi ad ordines fuerint, vel in Episcopos consecrandi, per vicinos catholicos duntaxat Episcopos et ordinandos ordinet, et consecret consecrandos. Mandamus quoque ipsi, ut de corona progenitoribus tuis ab Ecclesia Romana collata tam per libros veteres, quam per alia documenta inquirat diligentius veritatem, et de omnibus tecum tractet, quae fuerint pertractanda; ut cum per ipsum et nuntios tuos de omnibus redditi fuerimus certiores, consultius et maturius, prouti fuerit procedendum, procedamus. Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur in Domino, quatenus Legatum ipsum sicut personam nostram benigne suscipias, et honorifice studeas pertractare, salubria monita et statuta

*) Haec fuit prima Romanorum sive Blacorum in societate Bulgarorum defectio ab Ecclesia Romana, infelici illa scisione Photiana, causata; quae tamen haud longae fuit durationis, nam sub Rege Simeone e propria stirpe orto, (ut ipsius Joannitii verba testantur,) qui ab Joanne X. Romano Pontifice Anno 923. coronatus fuit, iterum ad matrem conversi sunt.

ipsius et tu ipse recipiens et ab universa Blacorum et Bulgarorum gente recipi faciens et servari. Expedit enim tibi tam ad temporalem gloriam, quam salutem aeternam, ut sicut genere, sic sis etiam imitatione Romanus, et populus terrae tuae, qui de sanguine Romanorum se asserit descendisse, Ecclesiae Romanae instituta sequatur, ut etiam in cultu divino, mores videantur patrios redolere.

Ille vero profectus palleum, mitram et anulum praefato Archiepiscopo assignavit, recepto ab eo juramento fidelitatis et obedientiae summo Pontifici et Ecclesiae Romanae in perpetuum exhibendae. Cumque a praefato Joannitio sive Calojohanne Domino Blacorum et Bulgarorum fuisset honorifice ac devote susceptus, de ipsius consilio et assensu duos alios Metropolitanos in illo regno constituit, videlicet Belesbulnensem et Postolavensem, quos praefato Zagorensi tanquam Primati subjecit; et apud Trinovium nobiliorem ipsius provinciae civitatem constituit Primatiam. His igitur bene gestis Joannitius se ac regnum suum imperio Ecclesiae Romanae subjecit per privilegii paginam aurea bulla signatam, cuius tenor talis est:

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Cum placuit Domino nostro Jesu Christo me Dominum et Imperatorem totius Bulgariae et Blaciae facere, inquisivi antiquorum nostrorum scripturas et libros, et beatae memoriae Imperatorum nostrorum praedecessorum leges, unde ipsi sumpserunt regnum Bulgarorum et firmamentum imperiale, coronam super caput eorum et patriarchalem benedictionem; et diligenter perscrutantes, in eorum invenimus scripturis, quod beatae memoriae illi Imperatores Bulgarorum et Blacorum *Simeon, Petrus* et *Samuel*, et nostri praedecessores coronam imperii eorum et patriarchalem benedictionem acceperunt a sanctissima Dei Romana Ecclesia, et ab apostolica sede, principe Apostolorum Petro. Sed imperium meum voluit benedictionem et imperiale firmamentum coronae capitis imperii sui suscipere et patriarchalem benedictionem ab Ecclesia Romana, ab apostolicae sedis principe Apostolorum Petro, et a sanctissimo patre nostro universali Papa tertio Innocentio; et a quocunque patriarchalis benedictio et mandatum in civitate imperii mei Trinovi data et concessa fuit a Domino Papa faciendi et consecrandi Archiepiscopos, Metropolitas et Episcopos, et reliquas ecclesiasticas obsequutiones sacramentales, concedit imperium meum, ut plenissimam in omni tenimento et imperii mei pertinentiis ipsi habeant potestatem. Ecce enim omnes totius imperii mei et tenimenti, et Pa-

triarcha meus metropolitanus, Episcopi et Archiepiscopi et cuncti Sacerdotes Romanae subsint Ecclesiae, et teneant legem, et consuetudinem et observationem, quas tenuerunt beatae memoriae Imperatores totius Bulgariae et Blaciae, prisci illi nostri praedecessores, et nos eodem modo vestigia eorum imitantes. Subsignat autem imperium meum ad securitatem Chrysobolum suum, quod nunquam ab Ecclesia Romana, et ab apostolica sede, principe Apostolorum Petro, ipsum videlicet imperium meum discedet, neque alii imperii mei Principes disgregabuntur, sed ut vocatus dilectus filius sacrosanctae et apostolicae Romanae sedis, principis Apostolorum Petri ero. Et deinceps quascunque terras Christianorum seu paganorum meum acquisiverit imperium, sub potestate et mandato eiusdem sacrosanctae Romanae Ecclesiae et apostolicae sedis erunt. Et ut praesens Chrysobolum imperii mei ratum et firmum habeatur, dedi imperium meum in manibus reverendissimi viri Johannis sacrosanctae Romanae sedis Legati et Domini Papae Capellani, in quo et nostrum pium et a Deo promotum signavit imperium anno sexmillesimo septingentesimo duodecimo, indictione septima.

Misit praeterea Blasium Brandizuberensem Episcopum cum praefato Joanne Capellano, per quem et quaedam donaria in signum devotionis Domino Papae transmisit, et litteras hunc tenorem habentes.

Sanctissimo et dominatori et universali Papae sedenti in sede beati Petri et domino patri regni mei tertio Innocentio Papae sedis apostolicae et Ecclesiae Romanae et magistro totius mundi. Spero in Deum salvatorem omnium, quod bene et multum bene valeat sanctitas tua cum omnibus sedentibus circa thronum sanctitatis tuae Cardinalibus sanctae Ecclesiae Romanae. Noverit magna sanctitas tua, quod ego filius tuus et Ecclesiae Romanae, Imperator omnium Bulgarorum et Blacorum cum omnibus principibus imperii mei multum bene sum per Deum et orationem tuam. Multoties misit imperium meum nuntios suos ad sanctitatem tuam, sed non invenerunt oportunitatem transeundi ad sanctitatem tuam. Ideo certe non potuerunt transire, quia illi, qui non habebant pacem cum imperio meo, servabant vias. Postea mense Junii praeterito imperium meum misit Archiepiscopum meum et totius Bulgariae regionis et universalem sanctae et magnae Trinovae, et magnum hominem imperii mei, merito nominatum Primatem et Archiepiscopum totius Bulgariae et Blaciae nomine Basilium; qui cum pervenisset Durachium, non fuit per-

missus transire ad sanctitatem tuam, ut compleret desiderium imperii mei sanctitas tua secundum consuetudinem praedecessorum meorum Imperatorum Bulgarorum et Blacorum Simeonis, Petri et Samuelis progenitorum meorum, et caeterorum omnium Imperatorum Bulgarorum. Verum Deo adjuvante et intervenientibus orationibus sanctitatis tuae venit ad me praesens nuntius apostolicae cathedrae et primae sedis principis Apostolorum et sanctae et universalis Ecclesiae Romanae Johannes Capellanus et detulit mihi litteras ex praecepto sanctitatis vestrae et apostolicae sedis et palleavit dictum Archiepiscopum, et fecit eum Primatem totius Bulgariae et Blaciae, et portavit imperio meo litteras sanctitatis tuae, et exposuit quicquid ei sanctitas vestra mandavit, et repletum est cor meum gaudio magno, quoniam secundum voluntatem imperii mei donavit mihi Deus et sanctitas tua. Et rogo et deprecor magnam sanctitatem tuam, ut compleat desiderium imperii mei, et mittat virgam pastoralem ad congregandas oves, et caetera quae Patriarcha consuevit habere, et faciat praesentem Primatem et Patriarcham in sancta et magna Ecclesia Trinovae primae civitatis totius Bulgariae, et habeat Ecclesia ipsa etiam post mortem istius Patriarchae Patriarcham in perpetuum ex praescripto sanctitatis tuae. Et quoniam grave esset propter longitudinem viae et guerram hominum in obitu cuiusvis Patriarchae recurrere ad Ecclesiam Romanam, concedatur ab Ecclesia Romana Ecclesiae Trinovae, ut sibi possit et eligere et consecrare Patriarcham, ne ex eius absentia terra illa sine benedictione remaneat et tua consecratio imperfecta, et redundet peccatum in sanctitatem tuam. Nunc autem petimus, ut fiat chrisma ex praecepto sanctitatis tuae in sancta et magna Ecclesia civitatis Trinovae pro baptismate Christianorum. Sciat sanctitas tua quod cum sciverint Graeci *), quod rece-

---

*) *Romaeos* appellat, qui ipsi postea Constantinopolitanum obtulerunt Imperium, ut eos ab Francis liberaret, uti testatur Marescaleus G. Ville-Hardouin §. 177. Li Grieu pristrent lor message privéement de totes les cités de la terre et les envoierunt à Johan, qui ére Roy de Blaquie et de Bogrie, qui les avoit guerroiez et guerroit tot adès, et li mandérent que il le feroient Empereor, et qu'il se rendroient tuit à lui et que il occiroient toz les Franz, et si li jureroient que il li obèiroient comme à Seignor, et il lor jurast, que il les maintendroit comme les suens. Ensi fu faiz le sairemenz d'une part et d'autre.

perimus consecrationem a sanctitate tua, non dabunt mihi chrisma. Et aliud peto a sanctitate tua, ut mittas Cardinalem ad imperium meum, seu istum, qui venit ad me, sive alium a sede apostolica, et des ei diadema et sceptrum secundum apostolicae sedis et Apostolorum principis benedictionem, et mittas privilegium bullatum aurea bulla ad exemplar ipsius servandum perpetuo in Ecclesia Trinovae. Et haec omnia dent imperio meo, et consecrent et coronent imperium meum. Omnia autem praedicta mitti debent ad imperium meum a sanctitate tua. Videat praesens nuntius Episcopus Brandizuberensis Blasius, ut possit referre, quid tu scripseris manu propria. Et si haec omnia impleverit sanctitas tua, ita reputabo cum prosapia imperii mei et omnium Blacorum et Bulgarorum, quod sumus dilecti filii orthodoxae sanctae Romanae Ecclesiae. Et de confinio Ungariae, Bulgariae et Blaciae, relinquo judicio sanctitatis tuae, ut dirigas negotium istud recte et juste, ut non habeat peccatum anima sanctitatis tuae, et ita habeat imperium meum justitias Bulgariae et Blaciae, quod Rex Ungariae habeat justitias Ungariae, et cessent occisiones Christianorum in me et imperium. Sciat autem sanctitas tua, quod quinque Episcopatus Bulgariae pertinent ad imperium meum, quos invasit et detinet Rex Ungariae cum justitiis Ecclesiarum; et ipsi Episcopatus sunt annihilati, et si justum est hoc fiat. Quicquid dicturus est praesens nuntius imperii mei Episcopus Brandizuberensis Blasius sanctitati tuae, habeas verum; quoniam ex parte mea dicet.

Cum autem Episcopus et Capellanus praedicti ad sedem apostolicam pervenissent, Dominus Papa eos benigne suscepit, et super petitionibus saepefati Joannitii per eundem Episcopum praesentatis habito diligenti tractatu, constituit eum Regem Blacorum et Bulgarorum, mittens ad eum Leonem tituli sanctae Crucis Presbyterum Cardinalem apostolicae sedis Legatum, et per ipsum sceptrum regni ac regium diadema, ut eundem vice summi Pontificis ungeret et coronaret in Regem, transmisso apostolico privilegio cuius tenor talis est:

Calojohanni illustri Bulgarorum et Blacorum Regi, eiusque posteris ei tam in regno quam in devotione sedis apostolicae successuris in perpetuum. Rex Regum et Dominus Dominantium Jesus Christus Sacerdos... (Sequitur formula generalis a Romanis Pontificibus in coronatione Regum observata). Cum ex praecepto Domini oves eius pascere teneamur populis Bulgarorum et Blacorum, qui multo jam tempore ab uberibus matris suae alienati fuerunt, in spirituali-

bus et temporalibus paterna sollicitudine providere volentes, eius auctoritate confisi, per quem Samuel David in Regem inunxit, Regem te statuimus super eos, et per dilectum filium Leonem tituli sanctae Crucis Presbyterum Cardinalem apostolicae sedis Legatum virum providum et honestum, nobis inter caeteros fratres nostros acceptum, sceptrum regni et regium tibi mittimus diadema, eius quasi nostris tibi manibus imponendum, recipiendo a te juratoriam cautionem, quod nobis et successoribus nostris et Ecclesiae Romanae devotus et obediens permanebis, et cunctas terras et gentes tuo subjectas imperio in obedientia et devotione sedis apostolicae conservabis. Ad petitionem insuper venerabilis fratris nostri Blasii Brundizuberensis Episcopi, quem ad sedem apostolicam destinasti, publicam in regno tuo cudendi monetam tuo charactere insignitam, liberam tibi concedimus facultatem. Venerabili etiam fratri nostro Archiepiscopo Trinovitano in terris, in quibus imperes universis privilegium concedimus primatiae qui et successores ipsius tuos in posterum successores simili ab eis juramento recepto apostolicae sedis auctoritate coronent, et in terra tua primatus obtineant dignitatem, eique Metropolitani tam in Bulgariae quam Blaciae provinciis constituti subjaceant, et juxta formam canonicam reverentiam Primati debitam exhibeant et honorem. Datum Anagniae per manum Johannis sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi et Notarii, sexto Kalendas Martii, indictione septima, incarnationis dominicae anno MCCIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae tertii anno septimo.

Misit etiam per eundem Legatum eidem Regi vexillum cum litteris habentibus hunc tenorem. (Consueta formula).

Constituit etiam Trinovitanum Archiepiscopum Primatem totius Bulgariae et Blaciae, misitque ei privilegium huius modi per dictum Legatum. (Observatis formulis, concedit omnia, quae in superiori epistola Joannitius petierat).

Legatus ergo transitum faciens per Ungariam, tam a Rege *) quam a Principibus ecclesiasticis et mundanis honorifice fuit et devote susceptus. Sed cum ad fines jam Ungariae pervenisset missis post eum nuntiis Rex fecit eius transitum impediri. Super quo qualiter Dominus Papa processerit, ipsius litterae manifestant ad Regem Ungariae destinatae.

*) Emerico scilicet Hungariae Rege.

(Narrat breviter indignum modum, quo Legatus a Rege Ungaro tractatus fuit in castro Keve detentus, postea subiicit:) Heu heu fili carissime, ubi est regia clementia, ubi religio Christiana, ubi specialis devotio, quam ad nos et Romanam Ecclesiam praedicaris habere? Mutatus est color optimus, et aurum in scoriam est conversum. Parcat igitur eis Deus, qui animum tuum pravo consilio seduxerunt, volentibus inter regnum et sacerdotium discordiam seminare. Sed nos pro certo speramus, quod aut per te ipsum jam errata correxeris, aut ad monitionem nostram taliter debeas emendare, ut injuria transeat in honorem, et offensa in gratiam revertatur. Quocirca serenitatem regiam, de qua plane confidimus, rogamus attentius et monemus, in remissionem tibi peccatorum injungentes, quatenus injuriam Cardinali praedicto, immo verius nobis in ipso, quin potius illatam Domino Jesu Christo in nobis, ita satagas abolere, ut nos in hoc devotionem tuam experiri possimus, et non cogamur propter hoc aliud agere, quod tibi possit esse molestum; quia quantumcunque nobis molestum existeret te in aliquo molestare, non possemus tam perversum exemplum relinquere incorrectum, et propositum nostrum auctore Domino nihilominus exequemur. Mitius etiam ac benignius tibi scribimus, quam instans materia postularet, nequis forte litteras nostras inspiciens, aestimaret apostolicae sedis favorem tibi esse subtractum, quod utilitati utique ac honori tuo nullatenus expediret; quia multa gesta sunt et geruntur in regno tuo, quae si deducerentur ad limam, correctionem exposcerent graviorem; non solum de voto tuo, captione fraterna, et electionibus Praelatorum, sed etiam multis aliis, quae, ne nimium conturberis, ad praesens duximus supprimenda. Provideas ergo tibi, ne in eam te difficultatem inducas, de qua non facile valeas expediri.

Ipse vero Rex quendam militem cum litteris excusatoriis ad Dominum Papam direxit, per quem ei Dominus Papa rescripsit hoc modo.

Regiae celsitudinis litteras quas nobis per dilectum filium nobilem virum E. militem destinasti, benigne recepimus, et quae significasti per eas notavimus diligenter. Ad primum ergo capitulum respondemus, quod... (Respicit res hungaricas non huc pertinentes.) Ad secundum vero capitulum respondemus hoc modo.... (Moleste se ferre declarat devastationem Serviae.) Ad tertium vero capitulum respondemus taliter, quoniam etsi scripseris, quod praefatus Johannitius nullius ter-

rae de jure sit dominus, licet aliquam partem tui et aliam regni alterius ad tempus detineat occupatam, unde miraris quod tam manifestum inimicum tuum te inconsulto tam subito in Regem proposuerimus coronare, secus est tamen ex aliqua parte, ut salva tui pace loquamur; cum super hoc non plene noveris veritatem. Nam antiquitus multi Reges in Bulgaria successive fuerunt auctoritate apostolica coronati, sicut Petrus et Samuel, et alii nonnulli post eos. Nam ad praedicationem sanctae memoriae Nicolai praedecessoris nostri Rex Bulgarorum, ad quorum consulta saepissime respondebat cum toto regno sibi commisso meruit baptizari; sed tandem praevalentibus Graecis, Bulgari perdiderunt regiam dignitatem; quin immo compulsi sunt jugo Imperatori Constantinopolitano servire, donec novissime duo fratres, Petrus videlicet et Johannitius, de priorum Regum prosapia descendentes, terram patrum suorum non tam occupare, quam recuperare coeperunt, ita quod una die de magnis Principibus et innumeris populis mirabilem sunt victoriam consequuti. Non ergo negamus quin aliquam partem terrae violenter invaserint, sed constanter asserimus, quod plurimam regni partem de jure recuperavere paterno. Unde nos eum non super alienam, sed super propriam terram ad instar praedecessorum nostrorum Regem intendimus coronare, volentes ut ipse terram restituat injuste detentam, et terra injuste retenta restituatur eidem; cum ipse postulaverit hoc a nobis, ut de terris invasis faciamus inter te et ipsum utrique parti justitiam exhiberi. Cum igitur nuntiis nostris ad eum et nuntiis eius ad nos non solum liberum concesseris transitum, verum etiam securum ducatum, non debuimus opinari, quod ipse tibi esset infestissimus inimicus, sed per nostrae sollicitudinis studium inimicitiarum occasione sublata, de inimicis fieri valeatis amici. Nec repente processimus ad hoc negotium consummandum, cum frequenter ad eum nuntios cum litteris nostris propter hoc curaverimus destinare, ut filiam revocaremus ad matrem, et membrum reduceremus ad caput, quatenus esset unum ovile et unus pastor. . . . Redeamus ergo paucissimas de plurimis rationes, ne nimis expressa responsio te nimium conturbaret.... Attende nihilominus diligenter, quale denique reputares, si nos impedire vellemus, ne filius tuus carnalis coronari possit in Regem, et tale nos reputare cognosce si tu impedire coneris, ne filius noster spiritualis in Regem valeat coronari, filius inquam prodigus, qui olim cum meretricibus vivendo luxuriose substantiam dissipavit,

sed tandem in se ipsum reversus, ad patrem convertitur, qui occurrens amplectitur et osculatur filium revertentem, praecipiens servis suis, ut eum induant stolam primam et dent annulum in manu eius et calceamenta in pedibus eius, occidantque vitulum saginatum, ut manducent et epulentur; quia filius eius mortuus fuerat, et revixit, perierat et inventus est. Qualiter autem pater indignationem sedavit filii senioris, parabola te doceat evangelica, cuius doctrinam te cupimus et in hoc et in aliis imitari.

Ex illo autem verbo, quod in praemissis continetur, *quale denique reputares, si nos impedire vellemus, ne filius tuus cardinalis coronari possit in Regem*, Rex ipse valde territus fuit: quia cum fecisset curiam congregari solemnem, ut filium suum parvulum in Regem faceret coronari, timuit vehementer, ne coronationem ipsius Dominus Papa faceret impediri. Unde cum praefatus Cardinalis ad curiam illam nuntios destinasset, tunc demum obtinuerunt a Rege licentiam transeundi. Profectus ergo Legatus universa, sicut fuerant constituta, complevit; et rediens tales ex parte Regis et Primatis Bulgarorum et Blacorum litteras reportavit:

A Calojohanne Rege totius Bulgariae et Blaciae ad a Deo promotum et sanctissimum et in Christo dilectum et honorificentissimum patrem regni nostri tertium Innocentium et sacerrimum Papam Romae, et successorem principis Apostolorum Apostoli Petri. Legatus apostolicae sedis Dominus Leo sanctitatis tuae scriptum meo obtulit imperio; addiscentesque de eius sanitate et incolumitate omnipotenti Deo et sanctissimae matri suae glorificavimus. Et utinam quod scriptum imperii mei inveniat sanctitatem tuam viventem et degentem cum omni gaudio et hilaritate! Et imperium meum per gratiam omnipotentis Dei et beatissimae Dei genitricis, et per intercessiones sanctitatis vestrae sanum est et multum bene cum omni gaudio et exultatione. Hoc autem notum sit sanctitati vestrae, patri spirituali regni mei, Domino Papae, quod Dominus Leo Legatus apostolicae sedis venit ad imperium meum, sibi adferens coronam, et eam benedicens, super caput imperii mei imposuit, et in manibus meis dedit mihi sceptrum atque vexillum et benedixit sanctissimo Patriarchae regni mei et totius Bulgariae, ex praecepto vestrae sanctitatis. Et valde Deo et beatissimae Dei genitrici, nec non et circumspectioni sanctitatis vestrae glorificavimus, eo quod secundum petitionem imperii mei sanctitas vestra totum suum velle adimple-

vit, et universa Bulgaria atque Blacia, et omnis imperii mei pertinentia, valde glorificavit, et vestram sanctitatem magnificavit. Scribo autem vobis et de Ungaro, quoniam imperium meum non habet aliquam societatem regionum vel aliquam rem cum eo, neque ei nocet; immo ipse parvipendit et nocet regionibus imperii mei. Et Dominus Leo Cardinalis vidit, et vestrae sanctitati annuntiabit justum vel injustum, quod est ab imperio meo, aut si ego parvipendo Ungarum, vel si ipse meum imperium parvipendit. Et scribat ei sanctitas vestra quatenus distet ab regno meo, quoniam imperium meum nec eum habet parvipendere, nec contra terras eius abire. Si vero ipse venerit contra terras imperii mei, et Deus adjuverit ut vincatur, non habeat sanctitas vestra imperium meum suspectum, sed sim liber. De Latinis quoque qui Constantinopolim introierunt *), scribo sanctitati vestrae, ut eis scribatis, quod distent ab imperio meo, et sicut imperium meum nullum malum eis facit, neque ipsi nos parvipendant. Si forte ipsi conati fuerint contra imperium meum, et parvipenderint eum, et occidetur ex eis, non habeat sanctitas vestra imperium meum suspectum, sed sint universa libera. Misi autem ad tuam magnam sanctitatem pueros duos. Unus nominatur Basilius alius Bethelem **). Et detur ex praecepto eius, ut addiscant in scholis litteras Latinas, quoniam hic grammaticos non habemus, qui possint litteras quas mititis nobis transferre; et postquam addidicerint, remittentur ad imperium meum. Misi autem ad praesens in signum parvae recordationis examita duo, episima dupla, unum est rubeum et aliud album, et camelum unum. Cum vero mittam Legatum ad sanctitatem vestram, semper vestrae sanctitatis recordabor.

[Cum Balduinus Constantinopoleos Imperator in opugnatione Adrianopoleos a Blacis captus fuit,] Dominus Papa pro libertate eius nuntium specialem ad praefatum Johannitium cum his litteris destinavit.

Ex illa gratia speciali, qua te glorificavimus inter omnes Principes Christianos usque adeo te diligimus, ut ad tuum commodum et honorem efficaciter aspiremus, pro certo sperantes quod tu in

---

*) Christiani occidentales cruciferi, Franci potissimum.

**) Basilius Primas in alia epistola dicit unum ex his esse filium Presbyteri Constantini, alium vero Regis ipsius, haud nomina ponens.

devotione sacrosanctae Ecclesiae Romanae matris tuae proficere debes incessanter, per cuius merita gloriosum acquisivisti triumphum adversus eos, qui te nitebantur graviter molestare. Cum igitur regium diadema et militare vexillum a nobis per Legatum apostolicae sedis acceperis, ut regnum tuum beati Petri sit speciale, providere volumus diligenter, ut ab hostium undique liberatus incursibus tranquilla pace laeteris. Noveris ergo, fili carissime, quod ingens exercitus de occidentalibus partibus est in Graeciam profecturus, praeter illum qui nuper accessit. Unde tibi et terrae tuae debes summopere providere, ut dum potes, pacem ineas cum Latinis; ne si forte ipsi ex una parte et Ungari ex altera te studuerint impugnare, non facile possis resistere conatibus utrorumque. Quocirca serenitati tuae suggerimus, et consulimus fide recta, quatenus cum Baldainum Constantinopolitanum Imperatorem dicaris tenere captivum, ita tibi provideas, ut per liberationem ipsius, veram et firmam pacem facias cum Latinis, ut ab impugnatione tua et terrae tuae penitus conquiescant. Nos enim Henrico fratri eiusdem Imperatoris, qui Constantinopoli praeest exercitui Latinorum, per apostolica scripta mandamus, ut ad pacem tuam pro liberatione ipsius Imperatoris Latinos inclinet, et a tua molestatione cesset omnino. Inspiret itaque tibi Deus, ut nostris monitis et consiliis acquiescas, quatenus regnum tuum, quod beato Petro et Ecclesiae Romanae devotissime dedicasti, ab omni perturbatione servetur illaesum, ad quod diligens studium impendere cupimus et operam efficacem.

Praefatus vero Joannitius sive Calojohannes Rex Bulgarorum et Blacorum respondit, quod ipse audita captione regiae civitatis miserat nuntios et litteras ad Latinos, ut cum eis pacem haberet, sed ipsi ei superbissime responderunt, dicentes, quod pacem non haberent cum illo, nisi redderet terram ad Constantinopolitanum imperium pertinentem, quam ipse invaserat violenter, quibus ipse respondit, quod terra illa justius possidebatur ab ipso, quam Constantinopolis possidebatur ab illis. Nam ipse recuperaverat terram, quam progenitores sui amiserant; sed ipsi Constantinopolim occupaverant, quae ad eos minime pertinebat. Ipse praeterea coronam regni legitime receperat a summo Pontifice; sed ipse, qui se appellabat Constantinopolitanum Basileum, coronam imperii temere usurpaverat a seipso. Quare potius ad ipsum, quam ad illum imperium pertinebat. Ideoque sub uno vexillo, quod a beato Petro receperat, eius clavibus insi-

gnito, pugnaret fiducialiter contra illos, qui falsas cruces suis humeris praeferebant. Provocatus igitur a Latinis compulsus fuit, ut defenderet se ab illis; deditque sibi victoriam insperatam Deus, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; ipsamque victoriam beato Petro Apostolorum principi adscribebat. Dictum autem Imperatorem ad consilium suum et mandatum animi Pontificis liberare non poterat, quia debitum carnis exsolverat, cum carcere teneretur." *)

Floruit hoc novum Romanorum regnum, ab Anno 1186, quo per fratres Petrum et Axianum restauratum fuit, sub optimis et valentissimis Regibus ex Axiantidarum familia ortis, usque ad annum 1285, quo a Tartaris invasoribus turbatum, non tamen excisum est, ingruentibus autem saeculo decimo quarto Turcis, circa eiusdem finem, a Bajazete Sultano subjugatum et anno 1392 deletum est.

5.

Turci occupatis provinciis citra Danubium sitis, ultra amnem progressi florentissimos infestarunt Daciae Traiani status, egregiis tum a Principibus gubernatos et fortissimis populis frequentatos, quorum insignem virtutem vicini Poloni sat admirari non poterant. „Hi eorum lingua *Romini*, (ait Orichovius,) a Romanis, nostra *Walachi* ab Italis appellantur; *Wlossy* enim Polonis, idem est, quod *Itali* Latinis, quorum regio Moldavia, quasi *maior Dacia*, vulgo nominatur. Hi natura, moribus ac lingua non multum a cultura Italiae absunt, suntque homines feri, magnaeque virtutis; neque alia gens est, quae pro gloria belli et fortitudine, angustiores fines cum habeat, plures ex propinquitate hostes sustineat, quibus continenter aut bellum infert, aut illatum defendit. Habet ab ortu Moesiam, ab occasu Russiam, a meridie Transilvaniam, a septemtrione Scythiam [Tar-

*) Testatur hoc etiam Marescalcus G. Ville-Hardouin §. 230. »Lors distrent li Baron que il avoient maintes fois oï dire que l'Emperéres Baudoin ére morz en la prison Johannis, méa il n'el creoient mie; et Reniers de Trit dist que pour voir ére morz, et il le crûrent. Mult i ot de cels qui en furent dolent, se il le peussent amender. Et ensi vinrent la nuit en la ville; et al matin s'en partirent, et guerpirent le Stanemac, et chevauchiérent par deux jorz«. Hinc clarissime falsa esse videntur, quae Tragici de crudelitate Joannitii in Baldui, num finxerunt.

tariam ultra Tyram fluvium]. Tantae autem sunt virtutis, ut cum omnibus his gentibus, quorum fines attingunt, eodem tempore saepe proelio contenderint, victoresque fuerint. Nam Stephanus, qui patrum nostrorum memoria, principatum in Dacia obtinuerat, una propemodum aetate et Bajazetum Turcam, et Mathiam Ungarum, et Joannem Albertum Polonum, bello magno devicerat, magnamque calamitatem victis intulerat." *) Huius excellentissimi Principis illustria describens gesta celeber coaevus Historicus Dlugosius prae admiratione in furorem raptus exclamat: „O virum admirabilem! heroicis Ducibus, quos tantopere admiramur, nihilo inferiorem, qui sub nostra aetate tam magnificam victoriam inter Principes mundi primus ex Turco retulit. Meo judicio dignissimus, cui totius mundi principatus et imperium, et praecipua munus Imperatoris et Ducis contra Turcum communi Christianorum consilio, consensu et decreto, aliis Regibus et Principibus catholicis in desidiam et voluptates aut in bella civilia revolutis, committeretur." **) Petancius vero Daciam australem describens ait: „Haec est provincia *Dacia* dicta apud veteres, Romanorum colonia, unde eius Aborigines hac etiam nostra tempe-

---

*) *Stanislaus Orichovius, Annales Regni Poloniae. Annali V.*]

Eadem fere de hoc Principe refert Isthuanfius, diverso tamen stylo: »[Fuit Stephanus] per omnem vitam disciplinae militaris scientia, et rebus bello praeclare gestis inclytus et celebratus: namque hostibus omnibus, cum quibus arma contulit, semper admirabili virtute et fortitudine superior evasit. Mathiam Regem (quanquam astu potius et fraude, quibus uti solebat, quam vera vi) nocturno proelio apud Baniam Moldaviae oppidum, non procul a Sereto amne, fusum et sagitta in incertum emissa vulneratum, finibus suis submovit; cum quo tamen sine mora in gratiam rediit, vires eius et arma veritus, clientelaeque obsequium obtulit. Mahometis copias ingentes Moldaviam provinciam suam vastantes, caesis ultra XXX. millibus Turcis, vicit, et retrocedere coegit. A Tartaris tam Chersonesi Tauricae incolis et Nagaiis, quam qui ultra Rha flavium in Asia sedes habent, multis vicibus insignes victorias reportavit. Postremo Albertum Poloniae Regem, ut supra retulimus, caesis et captis ex eius exercitu multis hominum millibus, ad Bucoviam silvam maxima clade affecit: ita ut inter memorabiles suae aetatis Duces haud immerito censendus esse videatur.« *N. Istuanfius Pannonius, Historia Regni Hungariae. Lib. IV.*

**) *Dlugoss, Historia Regni Poloniae, Lib. XIII.*

state passim latino utuntur colloquio. — Ex his locis declinando viam ad traiectum Bidini et Nicopolis dirigentem, ad laevam offert se Vasillum castrum, medium ferme consistens inter Valachiam maiorem et minorem, quae et Moldavia dicitur, *) ubi saepe cum Turcis certatum est. Dracula enim cum paucis, sed delectis militibus, Mahumetem Turconem Imperatorem potitum jam maiori Valachia et ad minorem occupandam maturantem, hic ad secundam vigiliam noctis aggressus, convertum ad Danubium, cum magna suorum caede et ignominia regredi coegit. Hic denique Stephanus Moldaviae Princeps Soleimanum Bassam et Ducem Romaniae sic prostravit, ut ex XXX Turcorum millibus, pauci admodum, qui forte velocioribus equis insiderant, evaserint." **) Valentissimum hunc Imperatorem, Draconem dico, australis Daciae Principem, Bonfinius summo cum enthusiasmo nominat. „Dracula (ait) Valachiae, quam Montanam dicimus, ***)

*) Hinc apparet Hungaricos scriptores Daciam australem appellare *Valachiam maiorem* et orientalem *minorem*; quod apud Polonicos contrarie fit; hi enim orientalem dicunt *maiorem* et australem *minorem* uti ex verbis Orichovii colligere licet Idem factum fuisse videtur cum turcica nomenclatura; praetendunt namque plerique orientalem dici ab illis *Kara-Iſlak*, et australem *Ak-Iſlak*; Princeps autem Cantemirus contrarium asserit, illam *Ak-Wlak* et hanc *Kara-Wlak* nuncupans. Nos etiam, nisi indubitate sciverimus Graecos priorem *Μαυροβλαχιαν* et posteriorem *Αργοβλαχιαν* nominasse, illius sententiae accederemus, quum praeterea noverimus, urbem quoque *Moncastron* sive *Ασπροκαστρον*, quae ab incolis Romanis *Ciuitate alba*, a Russis vero vicinis *Bielogrod* appellatur, ab iisdem Turcis *Ak-Kirman*, et aliam citra Danubium sitam *Kara-Kirman* dici. Sed id facere recusantes, nequidquam eruditissimi viri auctoritati detrahere volumus, quum sciamus eum, utpote qui in aula turcica educatus est, plene has novisse res, sed affirmamus jam Turcos ipsos in dando nomine inconstantes fuisse. Caeterum *Valachia maior* adhuc minus confundenda est cum homonyme graece vocata *Μεγαλοβλαχια*; nam haec est in Thessalia, ubi etiam Ville-Hardouini *Blanche-Blaquie* quaerenda, et a graeca *Αργοβλαχια* aequali modo distinguenda. Pariter discernenda est *Valachia minor* in Traiani Dacia, ab huius nominis regione in Sclavonia sita, quae a Sclavicis nunc colitur gentibus, retento nomine antiquorum incolarum; aeque ac *Mörolakia* Dalmatiae a *Mauroblachia* Daciae.

**) *Felix Petancius*, Dissertatio de itineribus aggrediendi Turcam ad Vladislaum Hungariae et Bohemiae Regem.

***) *Havasalföld*, *Inframontana*, *Oláh-Ország*, *Valachiae Regnum*.

Princeps, vir non parva justitia et aequitate pollens et fortissimus in quoquo bello Imperator semper habitus: quippe qui modicis copiis, magnitudine animi et sapientia, nec non excellenti suorum militum virtute, Turcarum bellum vix Christianis omnibus tolerabile, praeter omnium opinionem, sine ullis externae gentis duxiliis, diu toleravit, tantamque assiduo bello provinciarum jacturam fecit, ut vix superessent, qui agros colerent.*) — Non obstantibus tantis Principum et populi virtutibus, Turci multitudine praevalentes, grave suum tandem circa initium saeculi decimi sexti his, melioris fortunae dignis, imposuerunt provinciis jugum.

Nec felicior fuit sors Romanorum in provinciis ad Hungariae regnum pertinentibus, licet ingentem in suo compatriota *Joanne Corvino Hunniade*, totius regni *Gubernatore* et centralis Daciae *Praefecto*, non solum suae, verum totius orbis Christiani libertatis, habuerint defensorem; de quo magni nominis Historicus Bonfinius: „Hic enim Valacho patre, matre vero Graeca natus, industria et virtute supra omnium opinionem suum genus illustravit; parentibus nequaquam obscuris editum tradidere. Pater namque inter Valachos, qui Getarum Dacorumque loca nunc incolunt, et e Romanis superfuisse colonis, veluti linguae similitudo testatur, sane creduntur, plurimum apud eam gentem potuisse dicitur. Quippe qui non consilio solum ac longa rerum experientia, sed opibus et fortunis, multum sibi auctoritatis comparaverat, assiduo bello exercitatus non plus divitiarum, quam nominis e militaribus studiis ipse contraxerat. **)

---

*) *Bonfinius, Rerum Hungaricarum Decades quinque, Decade III. Lib. 6.* Item *Callimachus, De rebus Vladislai Lib. 2.*

**) Pius II. autem asserit eum haud alta de stirpe creatum: »Hic Joannes natione Valachus fuit, haud altis natalibus ortus, sed ingenio dextero et animo sublimi et virtutis amator, multa cum Turcis secunda proelia fecit, et hostium spoliis hungarica templa ditavit, primusque omnium apud Hungaros Turcarum acies et frangi et vinci posse monstravit«. Et inferius: »Joannes Hunniades, cuius nomen caeteros [viros Hungaros in re militari claros] obnubilat, non tam Hungaris, quam Valachis, e quibus natus erat, gloriam auxit. Valachia perquam lata regio est, a Transsilvania incipiens usque ad Euxinum protensa pelagus, plana ferme tota, et aquarum indigua; cuius meridiem Ister fluvius excipit, septemtrionem Roxani occupant, quos nostra aetas Ruthenos appellat, et versus fluvium Thiram nomades Scytharum ge-

in Corvino vico natus, in Corvinam Romanorum familiam genus retulit. Mater vero e Graecis edita, e veteri et imperatorio sanguine promanasse credita est. Nonnulli in Theodosii huic genus referre au-

---

nus, quos Tartaros hodie vocitamus. Hanc terram incoluerunt quondam Getae, qui Darium Hisdaspis filium turpi fuga repulerunt, et Lysimachum Regem vivum in potestate pertraxerunt, et Thraciam pluribus cladibus affecerunt. Postremo Romanis armis subacti ac deleti sunt. Et colonia Romanorum, quae Duces coërceret eo deducta, Duce quodam Flacco, a quo *Flaccia* nuncupata. Exin longo temporis tractu, corrupto, ut fit, vocabulo, pro *Flacciis Valachi* appellati; sermo adhuc genti Romanus est, quamvis magna ex parte mutatus, et homini Italico vix intelligibilis. *Aeneas Sylvius, Historia de Europa. De Hungaria Capite. I. et II.*

Nota. Haec Pontificis opinio non adeo male fundata est, ut nonnullis visa, qui praetendunt, Flaccum Ducem Romanum Mysiae Praefectum fuisse sub Octaviano Augusto, de quo Ovidius de Ponto libro IV. Elegia 9. ad Graecinum:

Praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus, et illo
Ripa ferox Istri sub Duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes sub pace fideli,
Hic arcu fisos terruit ense Getas.

et tunc temporis Daciam adhuc nondum a Romanis subactam fuisse, quapropter incolas quoque ab eodem nomen accipere haud potuisse. Hi enim nescire videntur Romanos tam ultra quam citra Danubium, ergo in Mysia habitantes, communi appellari nomine *Valachos*, quos Pius sat bene distinguit Lib. VI. inquiens: »*Valachi gens olim Romana, cum magnis copiis a Graecis accersiti Adrianopolim duxere*«. De Hung. Cap. II. *Valachi et insulas Istri accolunt, inter quas Peucen apud veteres fama notatam, et in Thracia quoque sedes habent*«. Et Capite I. de Transilvania. »*Transilvaniam incolunt Valachi, qui genus Italicum sunt, quemadmodum paulo post referemus.*« Sed praeterea in Dacia quoque Traiani Praefecti fuerunt provinciae Flacci nominati. Nos enim propriis vidimus oculis Inscriptionem parietibus Caesareae Bibliothecae Viennensi affixam ex Dacia huc adlatam huius tenoris:

TIB. JVL.
FLACCI.
LEG. AVG.
PROVINC.
COL. VLP.
AVG. DAC.

dent. Servivit a principio cum duodecim equis Demetrio Episcopo Zagrabiensi, et in Italia duos annos sub Duce Philippo Mediolanensi prima stipendia meruit: nam Sigismundum in Italiam secutus remansit. Sigismundum enim affirmant fama paternis nominis excitatum, Joannem adhuc ephebum ex Transalpinis oris in Transsylvaniam transtulisse, *) Hunniadicis praediis, quae in extrema Transsylvaniae ora, quae ad Valachiam attinet, sita sunt ob rem bene gestam donasse.

Caeterum doctum excusantes virum, eius opinionem pro vera indubitataque venditare nequaquam audemus, prouti nec Bonfinii ἀπὸ τοῦ βαλλειν καὶ τῆς ἀκίδος, quae magis scientifica quam veridica videtur.

*) Testatur hoc etiam Thwrocz: »Erat tunc in regno miles magnanimus, nobili ac claro Transalpinae gentis de gremio natus, *Johannes de Hunyad*, homo bellicosus, et ad flectendum arma, dirigendasque res bellicas natus; et sicut piscibus aqua, cervisque umbrosas lustrare silvas, sic illi, armorum bellique expeditio, vita erat. Hunc hominem, ut dici praesumitur, futura regni pro tutela, rebus per ipsum gestis testantibus, fata ab alto elegerant, peregrinisque de partibus, regni Hungariae deduxerant intra oras. Fertur enim, quod Rex Sigismundus, virtutis nomine genitoris militis huius pulsatus, illum partibus de Transalpinis, suum traduxisset in dominium, eiusque regni incolam illum effecisset; et nihilominus digna perpetuaque eundem munitionis Hunyad possessione, ubi nunc castrum nobile, adspectuque delectabile erectum est, dotasset. Praefatus igitur Johannes de Hunyad semper sui superioris lateri adhaerendo, cum jam de virtute in virtutem crevisset, a minoribus regni officialibus, quorum usque ad tunc fretus fuisset honore, successivo incremento in tantum claruisset, quod ad Wayvodatum partium Regni Transsilvanarum, suum extulisset titulum; vir in Regno non parum potens, et ipse Regi Vladislao adhaesit«. *Thwrocz, Chronica Hungarorum, Parte IV. Cap. 30.* Sed quantopere cavet astutus malae fidei Thwroczius, ne tanti viri nationalem prodat originem verbis! Turpis Historici character! Non ita Ferdinandus Germaniae Imperator, qui gloriosum hoc nomen magis dignis proferre censuit verbis: »Hae vero sunt omnes propemodum laudatissimarum gentium origines, inter quas Valachi gentiles tui, minime postremas habent, utpote quos ab ipsa rerum Domina urbe Roma oriundos constat: unde nunc quoque sua lingua *Romani* vocantur; tua ista gens fortitudine praepollens fuit, multorum praestantissimorum Ducum genitrix, inter quos Joannes Hunyades inclyti Mathiae Regis pater, et illius aetati proximi maiores tui, potissimum enituisse feruntur. *Ferdinandus I. in Diplomate Archiepiscopo Strigoniensi Nicolao Olaho, 23. Novembris 1548. collato.*

Prima hunc stipendia sub Hungaro Halae Praefecto, fecisse memorant. Nosque a Divo Mathia nonnunquam audivimus: cum Praefecti cuiusdam filium in conspectum admitteret, quod de patre conversus ad alios ingenue fatebatur: Hic est, inquit, illius Optimatis gnatus, sub quo pater meus primum meruit, vocemque centurionis expavit, mox propria virtute, fortunaeque dexteritate fretus, munia quaeque militiae honorificentissime gessit, ex bono tyrone miles fortissimus, ex milite Imperator optimus emersit. — Per singulos ordines miro laudis gloriaeque successu jam evectus, provincias cum imperio sortiri coepit, cum praestantissima Ghereborum domo affinitatem inivit. Hinc Elisabetham, quae Ladislaum Mathiamque genuit, uxorem duxit. Vir fuit, in quo magnam Corvinorum virtutem, item magnanimitatem, sapientiam, fortitudinemque Romanam recognoscere licebat. Adspectu perliberali fuit ac venerando, militari robore indomitus, cuius mite praestansque ingenium, nihil praeter Romanae dignitatis imaginem referebat. Oculorum ac oris venustate praepolluit. Mores omni ex parte nobilissimi, ab omnique barbara feritate redemti. Religionis ac justitiae, item liberalitatis et beneficentiae studiosissimus fuit. Neque deerat amor honestatis et amicitiae cultus, ad obligandos militum animos, et promerendam caeterorum gratiam usque adeo promtus, ut aeque ab omnibus amaretur. Comitate, beneficentia, dissimulationeque callida, sic inimicitias et odia declinavit, ut his officiorum artibus ad eius dignitatis altitudinem sibi viam comparavit, quam ne sperare quidem licuisset. Acer et excelsus viro fuit animus, consilium prudens callidumque, cui mos erat nil inconsulte, nil intempestive agere. Nil spes eius appetere videbatur, quod arte consilioque assequi non auderet. Variante tamen in bello fortuna usus, ne obnoxiam hanc sibi semper habuisse videretur: in agro Hunniadico, quem a Sigismundo quondam dono acceperat, in edito monte castellum erexit, quod placida circum flumina lambunt: item arte ac natura usque adeo munitum, ut nullum hostium impetum reformidet. Joannes igitur Corvinus, post caetera, quae summa cum laude munera gesserat, Transsylvaniam provinciam cum imperio, ob rem optime gestam impetravit: atque hinc facile ad maxima quaeque subinde evectus est. Quare *Vaivoda* (ut aiunt) cognominatus, multum posthac auctoritatis ac potentiae sibi vendicavit." *) Illustria eius facta uni-

*) *Antonius Bonfinius, Rerum Hungaricarum Dacades, Decade III. lib. 4.*

verso mundo nota sunt, cuius obitum universus luxit. „Ingenti (ait Ranzanus) ob tanti viri obitum dolore atque moestitia affecti sunt, non solum universi Hungariae totius populi; sed omnes quoque orbis Christiani nationes. Luxit eum Nicolaus V. Pontifex Maximus, omnisque Romana Curia, quae tam fortem, tamque fortunatum ac pium Christianae Religionis defensorem amisit. Pontificis jussu Cardinalium senatus, ei magnifice persolvit inferias. Ei solemnitati ipse interfui" *). „Ipse etiam Caesar Mahumetes (subiicit Thwroczius), quamvis per eundem Dominum Comitem prope suam ante mortem, de sub castro Nandoralbensi praedicto fugatus sit: cum tamen per Georgium Rasciae Despotam, eidem Caesari pro consolatione, mors ipsius Domini nuntiata est; Caesarem eundem defixo capite, longam per horam subticuisse, seque, quamvis ei inimicus esset, sublationem eiusdem condolere; et saeculorum ab initio, hominem sub principe nunquam talem fuisse, ad nuntium dixisse perhibetur." **)

Nec patre inferior fuit gloriosissimus filius Mathias Corvinus ad Hungariae solium evectus, de quo pariter doctus Bonfinius: „Mathiae Regi, quemadmodum supra dictum est, Joannes Corvinus pater fuit, Budi Valachi filius, in paterno pago natus, quem nostra quoque tempestate Corvinum dicunt, imperante Sigismundo, a quo virtus eius et animi magnitudo primum coepit intelligi: mater vero Elisabetha Silagia, virago semper habita. Is veluti saepius a parentibus acceperat, cum adolevisset, se Romana gente natum affirmabat: referebat genus in Corvinos, qui inter priscas Romanorum familias numerantur. Generoso sanguine succensus et Transsylvaniae finitimus in provinciam venit, a principio in Chyacorum familiaritatem se insinuavit: adaucto mox animo ingressus Hungariam Francisco Chanadino servire coepit: cui usque adeo charus fuit, ut pro filio haberetur. Sub hoc fausta tyrocinii auspicia sortitus est; cliens deinde Demetrii Zagrabiensis Episcopi factus, cum ignavi expers ocii foret, et Sigismundum Imperatorem, quem in Italiam profecturum audiverat, continuo secutus est, ut Romanos progenitores ac rerum Dominos inviseret."

(Refert breviter eius militarem educationem, uti superius, mox subiicit:) „Joannes igitur genus in Corvinos retulit, veluti gentilicia

*) *Petrus Ranzanus, Epitome Rerum Hungaricarum, Indice 27.*
**) *Thwrocz, Chronica Hungarorum, Parte IV. Cap. 56.*

insignia referebant, et Mathias Romana gente oriundus, ingentem hinc animi magnitudinem, ut exitus ostendit, plane concepit. — Verum de Corvinae familiae vetustate, et quomodo in Dacos et Getas sese propagavit, est rite referendum. Corvini primum a Valeriis Volusiis, Valerii a Sabinis ante urbem conditam duxere genus, Sabini a Lacedaemoniis promanarunt. Cum ex Achivis in Italiam olim illi coloniam deduxissent, Sabinos Lacedaemoniorum coloniam fuisse, Plutarchus affirmat. Hi quibus Heraclidae praefuere, ab Herculea gente illustrati, et a Lacedaemone Jovis filio, quem ex Taygeta tulit, dicti sunt. Ex quo fit, ut Corvini non solum ante urbem conditam fuerint, sed in Jovem, prae nimia vetustate, genus referre queant." (Enumerat omnes celebres viros ex Valeria familia, usque ad Marcum Valerium, qui Corvinus cognominatus est, ob corvum ei in caput insidentem, cum in singulari certamine cum Gallo pugnaret, deinde prosequitur omnes Consules et celebres viros Romanos ex hac familia, mox:) „Domitianus autem, qui de Dacis et Germanis, Traianus, qui de Dacis et Scythis triumphavit, ac victo Rege Decebalo Daciam in provinciam redegit, multas in eam colonias deduxit. Item Hadrianus — et Antonius Philosophus —: optima hi omnes Corvinae domus opera, in his expeditionibus, usi sunt. — Quamquam variae barbarorum eruptiones Daciam populi Romani provinciam, et Getarum regionem una cum Pannoniis inundassent, colonias tamen, legionesque Romanas, quae recenter excreverant, non potuisse interire. Inter barbaros obrutae, Romanam tandem linguam redolere videntur, et ne omnino eam deserant, ita reluctantur, ut non tantum pro vitae, quantum pro linguae incolumitate certasse videantur. Quis enim assiduas Sarmatarum inundationes et Gothorum, item Unnorum, Vandalorum et Gepidarum eruptiones, Germanorum excursus et Longobardorum, si bene supputarit, non vehementer admiretur, servata adhuc inter Dacos et Getas, Romanae linguae vestigia? quos nunc Valachos ab optima sagittandi disciplina dicimus. *) Hinc igitur per tot deinde

*) Dixerat enim superius Bonfinius: »E legionibus enim et coloniis a Traiano ac caeteris Romanorum Imperatoribus, in Daciam deductis Valachi promanarunt; quos Pius a *Flacco*, pronunciatione germanica *Vlachos* dici voluit: nos contra ἀπὸ τοῦ βάλλειν καὶ τῆς ἀκίδος dictos esse censuimus, cum sagittandi arte praepolleant. Nonnulli Valachiae a Diocletiani filia [Valeria] nomen inditum censuere, quae illorum

tempora sanguis Corvinorum sane delituit. Nec id quidem sine magno Divûm numine factum est, ut veluti Corviniis auspiciis per tot annos populus Romanus a barbaris, ita nunc iisdem Ducibus Christiana respublica, provincias has a profana servitute liberaret. In hoc itaque vico Joannes Mathiae pater natus est, cuius virtus ac gloria quanta fuerit, ex his, quae supra diximus, facile intelligi potest. Mathias eius filius in Transsylvania ad Colosuarum natus, et ad tyrocinii usque tempus etiam maturi educatus est. — Haec fortasse remotius, quam res ipsa postulare videbatur, repetiisse existimamur, scriptoris ambitum plerique damnabunt: verum ne abs re quidem fecimus, quando Mathias antiqui sui generis haud inscius, nil molestius ferre videbatur, quam siquis ex invidis obscuritatem sibi generis obiecisset: aut barbara nobilitate tumens, citra propriae virtutis merita se praeferre studeret. Non ignorabat adversarios ignobilitatem sui generis improbasse: vulgo quoque dicere, Valacha ipsum gente oriundum. Nonnullos hibridam appellasse, quem dissimilis linguae parentes ediderint. Id imprimis citerioris Hungariae Proceres dicere, Valachum Regulum non esse ferendum. Fridericum quoque Imperarem iniquissime pati, opulentissimum usque adeo regnum, ab adolescente et peregrino pene Rege possideri, et ne coronam redderet ab infestis nonnullis Optimatibus quotidie admoneri. Quin etiam Alemanni suapte natura Hungaris infensi, ne Corvino sanguine Mathias ac pater, quemadmodum gentilia Corvi insignia testabantur, natus esse videretur, auctore Ciliae olim Comite fabulam haudquaquam insulsam commentati sunt." (Narrat et refutat insulsam fabulam Joannem Corvinum Sigismundi ex Valacha puella nothum facientem, quam tamen optime Pray refellit. *) Deinde subiungit:) „Haec hacte-

---

Principi [Galerio Imperatori] nupsisse fertur. *Anton. Bonfinius, Rerum Hung. Decades quinque, Decade II. Libro 4.*

*) Bonfinius loco citato et Timon in purpura Pann. f. 11. scribunt, Hunniadem apud Demetrium Zagrabiensem Episcopum in epheborum numero fuisse: tenuit autem Demetrius Cathedram Zagrabiensem ab anno 1375, ad annum 79. ut Reverendis. et Cl. Kerczelich in hist. Zagrab. pag. 135. ex instrumentis rite confecit. Itaque Hunniades intra annos 1375. et 79. ut minimum dicam fuerit annorum 12. proinde natus anno Christi 1368. aut paulum post. Constat autem ex Chronico Barthosii apud Cl. Gelasium Dobner auctoris supparis, Sigismundum

nus de Mathiae origine dicta sint. Nunc regno potitus adolescens, a principio quae bella gesserit, cum nunquam ocii compos fuerit, in proximum librum transferamus." *) Nos vero ad universalem provocamus historiam, quae digna de tanto loquatur viro; nam nobis desunt verba quibus excellentissimum Imperatorem, fortissimum Militem, sapientissimum Virum, gloriosissimum Regem, sat digne laudare possemus. Maximus fuit, quem Hungaria inter Reges numeravit, et proh dolor! ultimus. Nam post eius decessum, qui secuti sunt duo, vix umbram sustinere potuerunt regiae dignitatis. Turci vero jam audaciores effecti, copiose undique ingruentes, tandem deplorandae pugnae apud Mohács 1526. successu, totum Hungariae occuparunt regnum, quorum Patronatui Joannes Zapolya, **) pro obtinendo Hungariae Regis titulo sponte semet subiecit, eorumque auxilio centralem, occidentalem et borealem in unam congregavit Daciam, regni axiomate decoratam, quam etiam usque ad obitum 1540. retinuit, suoque post mortem filio Joanni II. adhuc infanti sub Turcorum tutelam posito reliquit, quem in provincia dominantes pariter Regem declararunt, quo tamen reliquos suos Vassalos huic succedentes amplius decorare titulo abstinuerunt.

---

eodem anno natum esse: igitur Hunniades aut aequalis Sigismundo fuit, aut tribus quatuorve annis minor. *Georgius Pray, Annales Regum Hungariae, Parte III. Lib. 3.*

*) *Antonius Bonfinius, Rerum Hungaricarum Decades quinque, Decade III. Lib. 9.*

**) [Joannes Vayvoda] fusis eius passim et caesis copiis, satis Ungarorum societate firmatis, nusquam tutus esse potuit, et diu in Polonia hospes latuit, donec se suosque una cum regno, ad extrema deductus, in turpissimam tutelam, sive potius miserandam servitutem Turcae obiecerit. Quo tandem, variis precibus ad restituendum sibi regnum evocato; tum vero cunctis Christianis negotium praebuit; et sollicitudinem impetravit maximam. *P. Ranzanus, Epitome R. Hungar. Indice XXXIX.*

Isthuanfius refert eum momento factae huius nefandae resolutionis, subtristi vultu atque ore protulisse illud Junonium ex Marone carmen:

»Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.«

sed utinam illius Lucretiani meminisset:

Tantum *Ambitio* potuit suadere malorum!

Gementem nunc ex omni parte sub Turcorum tyrannide Daciam *Michaël Bellicosus* australis eiusdem Provinciae Princeps, ingentis animi vir, circa finem infelicis saeculi decimi sexti, liberare conatus est, qui felici cum successu contra barbaros pugnans, eo pervenerat, ut ab eis tam suam patriam Principatumque, quam Moldaviam et Transsilvaniam purgaret, et propter tam fortiter gesta summis imperii titulis a Rudolpho II. Imperatore ornaretur, ast aemulorum odio pressus, vir qui solus tunc aptus erat ad salvandam a barbarorum jugo Europam, inter tumultus bellicos exstinctus est. *)

Durum hac ratione jugum tam universa Dacia, quam vicina Pannonia, omnibus fractae viribus, ferre jussae sunt, gemueruntque sub eo, usque ad Divi Leopoldi Magni tempora, quibus tandem post innumera funesta fata, partes ad Hungariae olim regnum pertinentes a barbaris purgatae, sub Augustorum venerunt sceptrum, saepe quidem postea, usque ad gloriosum immortalis memoriae Josephi II. Im-

---

*) *Jac. Aug. Thuanus, Historia sui temporis, Lib. CX. Cap. 6. Lib. CXIV. Cap. 9, 10, 12, Lib. CXV. Cap. 14. Lib. CXX. Cap. 1, 2, 3. Lib. CXXIV. Cap. 12 et 13. Lib. CXXVI. Cap. 15.* Item *Nicolaus Isthuanfius Pannonius, Historia de rebus Hungaricis Lib. XXIX, XXX, XXXI et XXXII.* Item *Wolfgangus de Bethlen, Historia de reb. Transsylvanicis Lib. VIII, IX, X et XI.*

Bethlenius, vel potius eius editor Benkö, statim subiungit: »Genus obscurum militari strenuitate emendaverat.« Curiose! Velut commune genus humanum mendum foret, quod emendandum esset! Hic silentio praeterire nequimus ridiculum hominum praeiudicium, qui putant jam omnes magnos viros altis natalibus ortos esse debere, tamquam virtus per se nullum haberet pretium. Equidem satis admirari nunquam possum ingeniosum Sanchi responsum ad obiectionem Don Quixoti: »Pero esto paréceme á mí que no hace al caso, que no todos los que gobiernan vienen de casta de Reyes. Así es verdad, replicó Don Quixote, — Innumerables son aquellos que de baxa estirpe nacidos han subido á la suma dignidad Pontificia é Imperatoria, y desta verdad te pudiera traer tantos exemplos que te cansaran. — Mira, Sancho, si tomas por medio á la virtud y te precias de hacer hechos virtuosos; no hay para que tener invidia á los que los tienen Principes y Señores, porque la sangre se hereda y la virtud se aquista, y la virtud vale por sí sola lo que la sangre no vale. *M. Cervantes, El ingenioso Hidalgo Don Quixote de la Mancha, Parte II. Cap. 42.*

peratoris regimen, per eosdem turbatae, ast nunc strenui Augusti labore et divini Numinis favore, non tantum penitus ab externis tutae redditae hostibus, verum etiam ab internis barbara consuetudine barbari aevi sancitis omnem humanitatem tollentibus omnemque culturam impedientibus oppressionibus liberatae, humanaque jura restituta, cultura introducta et ad altum promota gradum. Transalpinae vero provinciae usque ad nostram sub eodem de die in diem graviori jugo gemere coactae fuerunt aetatem, et vix tandem elapso decennio, non tam excutere quam allevare, arbitrariam sufferentes tyrannidem, valuerunt; Cisdanubianae autem nostris adhuc eodem premuntur diebus, licet dominatores non tam humanitate adacti, quam debilitate coacti, pristinam deposuerint feritatem, et haud pauca laudabilia instituta, commune humani generis jus respicientia, universalemque libertatem protegentia, introducere coeperint, quae certum secum ferunt indicium, tempora omnis barbariei jam in perpetuum praeterlapsa esse, et deinceps nisi virtutum et scientiarum studio vitam fore consecrandam.

II.

His itaque ad deinceps sequentia rite intelligendum, et ad rectum de eis judicium ferendum breviter attactis, nationem, de qua nobis sermo est, consideremus ipsam. Haec a Traiani eiusque successorum Imperatorum temporibus in his terris degens, ultra Danubium circa quingenties centena millia, citrà autem haud multo pauciora efficit. Homines sunt mediocris, ast nobilis staturae, robustaeque complexionis, adspectum gravem, imo etiam, ut Sarnicius de illis ait Historicus, *trucem praeseferunt, et in fronte hircum militarem gerunt.* Mores Romani in hodiernum usque diem in omni sua integritate apud eos vigent: in nativitate *horoscopia*, in nuptiis *nuces*, in funeribus *praeficae;* in pleno apud illos sunt vigore, *Saturnalia*, *Cerealia*, *Bacchanalia*, *Lupercalia*, *Floralia*, *dies fasti ac nefasti*, religiose observantur; *Fratres Arvales* et *Salii Sacerdotes*, quovis anno solenniter suas peragunt functiones, ita ut non in Haemo et Carpato monte a barbaris circumdati et ad Danubii ripas, sed in Apenninis, super septem montes, ad Tiberim fluvium, in Sabinorum societate, sub Numa Pompilio, seriis nostris temporibus, vivere videantur. Josephus Benkő in sua Transsilvania ait: „Integer de moribus, consuetudinibus et ritibus Valachorum liber adornandus esset, quo eo-

rum Romanitas doceretur. *Martinus Opitius* a Principe Gabriele Bethlen, e Silesia ad docendas bonas litteras Anno 1621. *Albam Juliam* vocatus, Poëta insignis, in sua Zlatna, sive Itinerario transilvanico, vel e choreis valachicis, *Chora* nuncupatis, sanguinem eorundem Romanum, sequentibus versibus monstravit:

Es hat das wüste Volck *) gantz Asien bezwungen,
Die Griechen, Thracier, und Mysios verdrungen,
Auch euer Dacien, der Römer bestes Land,
Von langen Jahren her, verheert und ausgebrand.
Mehr, hat nicht Attila mit seiner Scythen Haufen,
Und dann die Wenden, auch euch feindlich angelaufen?
Doch eure Sprache bleibt noch hier auf diesen Tag,
Darob sich dann ein Mensch gar billig wundern mag;
Italien hat selbst nicht gantz von seinen Alten,
Ingleichen Spanien und Gallia behalten;
Wie etwan diss nun kan den Römern ähnlich seyn,
So nahe sind verwandt Walachis und Latein.
Es steckt manch edles Blut in kleinen Bauren-Hütten,
Das noch den alten Brauch und Art der alten Sitten
Nicht gäntzlich abgelegt. Wie dann ihr Tantz bezeigt,
In dem so wunderbahr gebückt wird und geneigt,
Gesprungen in die Höh, auf Art der Capreolen,
Die meine Teutschen sonst aus Franckreich müssen holen.
Bald wird ein Kreiss gemacht, bald wiederum zertrannt,
Bald gehn die Menschen recht, bald auf der lincken Hand;
Die Menschen, die noch jetzt fast Römisch Muster tragen,
Zwar schlecht, doch witzig sind, viel denken, wenig sagen. etc."

Veram autem indubitatamque suam Romanam originem maxime probant lingua, quam loquuntur, et qua ab omnibus circumdantibus se gentibus, apprime distinguuntur. **) Peculiaris est haec, in ple-

*) Gothos intellegit Poëta, quorum causa in notis subilcit: »Liess hiervon sonderlich Jornandem; wiewohl er der Geten und Gothen Historien, wie andere mehr, wunderlich vermengt, und das hundert ins tausend wirft.«

**) The Walachians still preserve many traces of the Latin language, and have boasted in every age of their Roman descent. They are

risque cum Italiae dialectis conveniens, quod etiam argumento est, plerasque Traiani colonias, ex ipsa *Italia* in Daciam deductas fuisse, quamquam Eutropius ad multitudinem hominum indicandam, *ex toto orbe Romano*, dicat. *) In eius elementis historice eruendis, eaedem semet offerunt difficultates, quas eruditi in reliquarum a Latina descendentium linguarum derivatione illustranda experti sunt. Quo tempore enim illa suam hodiernam stabiliverit formam, et quibus in locis, utrum ante Latini nobile regnum, ut nonnulli praetendunt, an post adventum Aeneae, sub Albanis scilicet Patribus, aut sub Romanis Regibus, durante reipublicae libertate, aut Imperatorum absoluta potestate; intra altae moenia Romae, aut saltem in Italia, vel forsitan in ipsis provinciis? affirmare sufficientibus historicis documentis destituti non audemus; quamquam persuasi simus, totum jam in Italia ante Traiani tempora positum fuisse fundamentum; nam unde, quaeso, illa inter utriusque regionis, Italiae dico et Daciae, dialectos tanta concordantia secus explicanda? **) prouti etiam credimus ulteriorem huic superstructam fundamento evolutionem, proprium characterem naciam, et completam fixationem in ipsis factam esse provinciis; nam unde illa in particularibus formis discrepantia aliter exponenda? Hoc vere reputantes, nulla tamen concedimus ratione, durantibus barbarorum turbis, aut sub eorum jugo hanc factam fuisse linguae evolutionem, argumentis e linguae natura petitis innixi; nam hoc supposito, quis praeterea experientia doctus jam a priori concludere non auderet, illam plenam servilibus fore expressionibus? Quod tamen plane contrarium evenit; nam haec est gravis, recta, absque ambagibus, imo quadam ratione imperans. Allocutio, quae etiam ad singularem personam fit, reverentiae causa, exprimitur in Francica et Anglica lingua secundâ personâ pluralis numeri, in Hispanica et Italica tertiâ singularis numeri, qua non tam personam, quam potius ipsius dignitatem, alloquuntur, in Germanica autem plane tertiâ pluralis, cui praeterea pro

---

surrounded by, but not mixed with, the barbarians. *Gibbon History of the decline and fall of the Roman empire, Chap. XI. Nota. 13.*

*) Prouti etiam nomen, quod a Sarmaticis gentibus pariter ipsis etiam Italis datur, »Quod ipsum etiam argumentum est, Italicam hanc gentem esse.« *Cromerus, Historia Poloniae, Lib. XII.*

**) *Franciscus Grisellinus, Geschichte des Temeswarer Banats. I. Theil, 8. Brief.*

eiusdem charactere, ingentia addunt axiomata; quam consuetudinem despotismo introductam esse quis non videt? Haec a Romanis penitus ignoratur, illi enim omnem allocutionem secunda exprimunt personâ, habita ratione numeri, ut ipsa poscit Dianoëtica eiusque pedisequa Grammatica; ignorantur praeterea omnes reliquae in hodiernis linguis tam copiosae spuriae humilitatis loquendi formulae; summus titulus in tota lingua est *Dominu* Dominus, qui soli Principi datur; huiusque abstractum *Dominia tea* Dominatio tua, quod etiam senioribus personis, quamvis haud promiscue, tribui solet, licet omnem suam perdiderit gravitatem addito jam secundae personae Pronomine possessivo *tea* tua, et Verbo semper in secunda persona occurrente. Memorari quoque meretur, quod ipsi Regnantem *Imperatoris* titulo decorare soleant, etiam si Rex fuerit; nam nomen Regis *Rege*, in desuetudinem abivit. Romanos Augustos *Imperatores* nominant, Constantinopolitanos pariter, suos aeque Reges, uti ex Joannitii literis patet, *Imperatores* appellabant; ast non Polonos neque Hungaros, quos *Kyralios* vel *Cralios* vocabant, nomine omnino peregrino. Deum ipsum Regem Regum in suis orationibus *Imperatorem Imperatorum* nominant, et ridiculum, divinaque maiestate indignum putant, barbaro vocabulo *Kyralium* vocare. Principes suos, uti diximus, simpliciter *Dominos* dicunt, et qui in provinciis ad Hungariae regnum pertinentibus habitant, felices se autumant a quo tempore sub Germaniae et Austriae Augustos venerunt, quos grato ipsis nomine *Imperatores* appellare licet, (quod utinam etiam reliquis liceret, qui vix a Turcorum jugo liberati, jam Russicum timent;) praecipue immortalem *Josephum II.*, quem nullus puerorum ignorat, etiam qui nullius alterius Imperatoris nomen novit. Innumera praeterea alia exstant e genio linguae promanantia documenta, quae omnia hic enumerare nimis longum foret, cui propterea etiam supersedemus labori, quum investigationis amatori amplus in ipso tentamine grammatico pateat campus. Haec omnia sat clare evidenterque demonstrant, non sub barbaris Regibus, sed sub propriis Imperatoribus suum stabilitum fuisse idioma, eiusque evolutionem, non sub barbarorum jugo; sed durante reipublicae libertate saltem magna ex parte factam fuisse.

Historice vero probatum est, Romanos in utraque Dacia degentes, vulgare suum idioma, jam saeculo quarto locutos fuisse. Mentionem enim huius rei facit Priscus Grammaticus, in sua Legatione ad Attilam Regem, tunc circa Parthyscum stationes habentem, distin-

cte linguas *Hunnicam*, *Gothicam*, et *Ausonicam* in illis nominans terris, quae ultima nulla alia fuisse potest, quam Romana vulgaris, quam apertis distinguit verbis, tam ab erudita Latina, quam a Graeca. *) Sexto vero saeculo testatur Theophanes in sua Chronographia communem jam populi fuisse sermonem. Narrat enim hic, quod, quum Romani anno 579. imperante Mauricio cum Avaribus bellum gererent, Commentiolus et Martinus Duces ex Haemi silvis prima noctis vigilia cum armatorum manu prorumpentes adversus Avares contenderint, conatus eorum singulari casu delusus fuerit. Jumentorum enim quopiam onus in terram subvertente, cum jumenti Dominum alter, patria voce, inclamaret, ut sublapsum onus erigeret: *Torna, torna fratre*, inquiens, et muli quidem Dominus vocem non audivit; ea tamen percepta, hostes adesse conferta militum manus coniiciens, in fugam effusa est: *Torna, torna*, verte, verte faciem, magnis vocibus clamitantes. **)

Hoc deinde multo certius est propriam linguae, inde jam a duodecimo saeculo in hodiernum diem, mutatam non esse formam, ex-

---

*) [Mihi] ambulanti progressus nescio quis, quem barbarum et unum aliquem ex Scythico exercitu esse rebar, graeca voce me salutavi', dicens χαῖρε. Mirari ego qui fieret, ut graece loquatur vir Scytha. Etenim intra sua conclusi, barbaricam linguam colunt et affectant; neque tam Hunnorum, quam Gothorum aut etiam Ausoniorum hi scilicet, quibus cum Romanis frequentius est commercium; neque quisquam eorum facile loquitur graece, nisi siqui sunt capti e Thracia aut Illyrico maritimo. — Hunc resalutans interrogavi, quis esset? — Tunc ridens ait se Graecum esse genere. — — [Zerchon Maurusius] arrepta festivitatis occasione progressus, et forma et habitu et pronuntiatione et verbis confuse ab eo prolatis, modo Hunnorum, modo Gothorum, modo Ausoniorum linguam intermiscens, omnes laetitia et hilaritate diffudit et effecit, ut in risum, qui sedari et extingui non poterat, prorumperent. — Unus e barbaris, qui prope me sedebat et Latinae linguae usum habebat — dixit. *Priscus Rhetor*, *Legatio ad Attillam*, *Cap. II. §. 14 et 19.*

**) Ἑνος ζωου του φορτου διαστρεψαντος, ἑτερος τον δεσποτην του ζωου προςφωνει, τον φορτον ἀνορθωσασθαι, τῃ πατρῳᾳ φωνῃ. Τορνα, τορνα φρατρε. και ὁ μεν κυριος του ἡμιονου της φωνῆς ουκ ἠσθετο. οἱ δε λαοι ἀκουσαντες, καὶ τοὺς πολεμιους ἐπιστηναι αὐτους ὑπονοησαντες εἰς φυγην ἐτραπησαν. τορνα, τορνα, μεγισταις φωναις ἀνακραζοντες. *Theophanes Chron. de Anno. 579.*

ceptis barbarismis per commercium cum undique circumdantibus vicinis nationibus, introductis, qui quamquam in ipsam grammaticam formam, nullum exercuerint influxum, tamen linguae puritatem sat spurcaverunt. Et hoc quidem probatur ex consensu utriusque dialecti, cisdanubianae scilicet cum transdanubiana, seu Aureliani cum Traiani Daciae sermone, quarum regionum incolae inde jam ab irruptione Turcorum, nullum ferme inter se, aut saltem singulorum individuorum, habuerunt commercium, et tamen adeo conveniunt, ac si in eadem vivere continuassent republica. Imo, si eadem concludere licet ratione, Daciae borealis, *Marmorosae* dico, sub quadragesimo octavo latitudinis geographicae gradu, incolas cum Pindi montis habitatoribus, sub tricesimo nono gradu,— enormi distantia, centum triginta quinque milliariorum geographicorum, maximis praeterea fluviis et ingentibus montibus abinvicem separatos, — conferentes, eorumque linguam eandem observantes, inter quos certe nulla ab Aureliani temporibus immediata intercessit communicatio: statuere cogimur, inde jam a Traiani temporibus nullam in fundamento mutationem passum esse horum populorum sermonem, *demtis tamen*, uti superius diximus, *barbarismis*, in quotidiano sermone occurrere solitis; nam horum respectu discrepant, et non solum Aurelianidae a Traianidis in genere, quum illi multos habeant, qui apud hos ignorantur, et vice versa, hacque ratione seriorem suam prodant originem, aut adoptionem a vicinis: verum etiam singuli Principatus inter se invicem; ast hi nequaquam formam tangunt linguae fundamentalem, sed certas tantum expressiones, et nos hic illam, non autem has defendere conamur, quod utique gravibus his rationibus satis probatur, suffulciturque.

Plura tamen nostris adsertionibus confirmandis documenta, et rei plenius explorandae subsidia suppeditarentur, si saeculo undecimo in expugnatione Achridos per Constantinopolitanos, non omnia sparsa fuissent literaria instrumenta, et saeculo decimo quarto in captione Trinovii per Turcos exstirpata fuissent publica acta, et si fanaticis temporibus in ultradanubianis Principatibus furor religiosus Photiano schismate excitatus, et Marci Ephesini studiis in illis regionibus propagatus, *) postea barbarorum depraedationes, cuncta sustulissent prioris aevi monumenta: ast haec fatalia adiuncta omnibus nos pri-

---

*) *Cantemirus, Descriptio Moldaviae, Parte. III. Cap. 5.*

vant historicis factis. Reliqua, quae supersunt, posteriorum sunt saeculorum, et nihil ad nostram investigationem illustrandam, suppeditant, quum merum hodiernum contineant sermonem; de quo alioquin nullum est dubium, quum cuique audienti illum ex ore populi percipere liceat: si tamen recentioribus his monumentis tantum tribuere possemus fidem, ut illa ad superiora secure extendamus saecula, omnino in nostram superius factam incideremus conclusionem.

Probabilitate quadam linguae naturam cognoscenti coniicere licet transitum ex pura, classica Latina lingua, in vulgare Romanum idioma, hac, ut in appósita oratione dominica indicatur, factum fuisse, ratione; quamquam, tempore quo, affirmare temerarium videatur.

I.

Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra; panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

II.

Patre nostru, qui esci in celi, sanctifice se nome teu; advenia regnu teu; fia voluntate tea, assico in celu et in terra; pane nostra quotidiana da nobe adie; et remitte nobe debite nostre, assico et noi remittimu a debitori nostri; et nu ne induce in tentatione; vero ne libera de malu.

III.

Patre elle nostru, qui esci in celori, sanctifice se nome elle teu; venia regnu ellu teu; fia voluntate ella tea, quomu in celu et in terra; pane ella nostra quotidiana da nobe estadi; et ni remitte debitorie elle nostre, quomu et noi remittimu debitori elloru nostri; et nu ne ducere in tentatione; vero ne libera de ellu reu.

IV.

Parente 'le nostru, quale esci in celori, sanctesca-se nome 'le teu; venia imperiu 'lu teu; fia volia 'la tea quomu in celu et pre pauimentu; pane 'la nostra ella de tote die 'le da-ni estadi; et ni liberta nobe debitorie 'le nostre, quomu et noi libertamu debitori 'loru nostri; et nu ne ducere in tentatione; qui ne scapa de ellu reu.

V.

Tata'lu nostru, quale esci in celori, sanctesca-se nome'le teu; venia imperatia'la tea; fia volia'la tea, prequomu e in celu et pre pauimentu; pane'la nostra quella de tote dille'le da-ni nobe estadi; et ni liberta nobe peccate'le nostre, prequomu et noi libertamu peccatosi'loru nostri; et nu ne ducere in tentatione; qui ne mantuesce de quellu reu.

Inter omnes Italiae dialectos, Siciliana maxime convenit cum Daciana; prouti Sardinica transitum format ad Hispanicam, et Pedemontana ad Francicam. E singulis exemplaria adferemus factâ inter quatuor principales comparatione.

III.

Proprietates, quibus universae Romanae linguae inter se conveniunt, et a matre Latina differunt, sunt sequentes:

1. Dictiones universae ad radicalem, plena terminatione, reductae sunt formam.

2. Nomina declinationem per casus amiserunt, per numeros retinuerunt.

3. Pronomina taliter qualiter etiam per casus declinationis indicia praeseferunt.

4. Genera tam in Nominibus, quam in Pronominibus duo tantum supersunt, masculinum scilicet et foemininum.

5. Verba in temporibus rei peractae auxiliaribus coniugantur, subiuncto participio praeteriti temporis.

6. Coniugatio passiva per formas simplices penitus evanuit.

7. Particulae in copulandis dictionibus maximas ludunt partes, quae in Latino, quam saepissime evitabantur.

Hoc in genere, in specie autem:

1. Italica et Romanica in vocales terminant omnes dictiones, Hispanica et Francica mixte in vocales et consonantes.

2. Hispanica et Romanica servant terminationes Nominum derivatas uti: *virtud, virtute, bondad, bonitate,* Italica et Francica obtruncant, uti: *virtù, vertu, bontà, bonté.*

3. Italica et Romanica conveniunt ferme in literarum pronunciatione, nisi quod posterior plures admittat variationes, et prior sibi

constantior sit; Hispanica et Francica inter se quoque, sed a prioribus vel maxime differunt.

4. Italica et Romanica pluralem numerum in vocales formant; Hispanica autem et Francica in consonas, etiamsi singularis in vocales terminatus fuerit; priores adamant quoad hoc primam et secundam Latinorum declinationem, posteriores tertiam, quartam et quintam.

5. Italica, Hispanica et Francica Nominibus Articulum praeponunt, et non declinant; Romanica communiter postponit et declinat.

6. Hispanica et Romanica formant comparationem adiecto Adverbio *magis*; Italica et Francica praeposito *plus*.

7. Romanica declinat Pronomina simpliciter, Latinorum more, Italica, Hispanica et Francica formis simplicibus casus obliquos exprimentibus instar particularium utuntur dictionum.

8. Pronomina personalia, in omnibus, pro Dativo et Accusativo casu proprias decurtatas coniunctas habent formas; in Francica etiam reliqua Pronomina.

9. Italica, Romanica et Hispanica coniugant sua Verba absque Pronominibus, Francica nisi cum his; (magnum onus!)

10. Italica et Romanica formant pluralem Verborum numerum in vocales, Hispanica et Francica in consonas, uti in Nominibus.

11. Hispanica et Romanica in Verbis omnia habent Latina tempora simplicia, et praeterea etiam composita; Italica et Francica tantum tempora rei imperactae; (demto praterito perfecto,) reliqua vero composita.

12. Italica, Hispanica et Francica formant futurum ex infinitivo modo Verbi principalis auxiliante *habeo* articulate coniuncto; Romanica autem Verbo simplici antiqua formâ Latina, praeterea composito cum auxiliari *volo*, quod Franci quoque solent, apposito auxiliari *vado*.

13. Particulae, et quidem Praepositiones, Nominibus declinandis inserviunt, *de* ad Genitivum exprimendum, *ad* ad Dativum, in Verbis autem ad Latina Gerundia indicanda; et in hoc conveniunt omnes.

4. In constructione Italica, Romanica et Hispanica magnam amant libertatem, Francica serviles observat formulas.

Sequentia exempla ad illustranda dicta serviant:

Declinatio Nominum absolutorum.

Romanica,	*Italica,*	*Hispanica,*	*Francica.*
vicinu	vicino	vecino	voisin
de vicinu	di vicino	de vecino	de voisin
à vicinu	a vicino	á vecino	à voisin
vicini	vicini	vecinos	voisins
de vicini	di vicini	de vecinos	de voisins
à vicini	a vicini	á vecinos	à voisins.

Foeminina.

vicina	vicina	vecina	voisine
de vicina	di vicina	de vecina	de voisine
à vicina	a vicina	á vecina	à voisine
vicine	vicine	vecinas	voisines
de vicine	di vicine	de vecinas	de voisines
à vicine	a vicine	á vecinas	à voisines.

Cum Articulo.

Francica.	*Hispanica.*	*Italica.*	*Romanica.*	
le voisin	el vecino	il vicino	ellu vicinu	vicinu'lu
du voisin	del vecino	del vicino	de ellu vicinu	vicinu'lui
au voisin	al vecino	al vicino	à ellu vicinu	vicinu'lui
les voisins	los vecinos	i vicini	elli vicini	vicini'li
des voisins	de los vecinos	dei vicini	de elli vicini	vicini'loru
aux voisins	á los vecinos	ai vicini	à elli vicini	vicini'loru.

Foeminina:

la voisine	la vecina	la vicina	ella vicina	vicina'la
de la voisine	de la vecina	della vicina	de ella vicina	vicina'lei
à la voisine	á la vecina	alla vicina	à ella vicina	vicina'lei
les voisines	las vecinas	le vicine	elle vicine	vicine'le
des voisines	de las vecinas	delle vicine	de elle vicine	vicine'laru
aux voisines	a las vecinas	alle vicine	à elle vicine	vicine'laru.

Adiectiva:

Italica.	*Romanica.*	*Hispanica.*	*Francica.*
il buon figlio	ellu bonu filiu	el buen hijo	le bon fils
i buoni figli	elli boni filii	los buenos hijos	les bons fils
la buona figlia	ella bona filia	la buena hija	la bonne fille
le buone figlie	elle bone filie.	las buenas hijas	les bonnes filles.

Comparatio:

Positivus.	Comparativus.	Superlativus.
	Romanica.	
grossu	mai grossu	ellu mai grossu
grossi	mai grossi	elli mai grossi
grossa	mai grossa	ella mai grossa
grosse	mai grosse	elle mai grosse.
	Hispanica.	
grueso	mas grueso	el mas grueso
gruesos	mas gruesos	los mas gruesos
gruesa	mas gruesa	la mas gruesa
gruesas	mas gruesas	las mas gruesas.
	Italica.	
grosso	più grosso	il più grosso
grossi	più grossi	i più grossi
grossa	più grossa	la più grossa
grosse	più grosse	le più grosse.
	Francica.	
gros	plus gros	le plus gros
gros	plus gros	les plus gros
grosse	plus grosse	la plus grosse
grosses	plus grosses	les plus grosses.

Numeralia.

Romanica.	*Italica.*	*Hispanica.*	*Francica.*
unu una	unò una	uno una	un une
doui doue	due	dos	deux
trei	tre	tres	trois
quatru	quattro	quatro	quatre
quinqui	cinque	cinco	cinq
sesse	sei	seis	six
septe	sette	siete	sept
octu	otto	ocho	huit
noue	nove	nueve	neuf

Romanica.	*Italica.*	*Hispanica.*	*Francica.*
dece	dieci	diez	dix
centu	cento	ciento	cent
mille	mille	mil	mille.

Pronomina.

Personalia coniuncta:

	Roman.	*Ital.*	*Hisp.*	*Franc.*	*Roman.*	*Ital.*	*Hisp.*	*Franc.*
N.	egu	io	yo	je	tu	tu	tu	tu
G.	(meu	mio	mi	mon	teu	tuo	tu	ton)
D.	mi	mi	me	me	ti	ti	te	te
A.	me	mi	me	me	te	ti	te	te.
N.	noi	noi	(nos)	nous	voi	voi	(vos)	vous
G.	(nostru	nostro	nuestro	notre	vostru	vostro	vuestro	votre)
D.	ni	ne, ci	nos	nous	vi	vi	vos	vous
A.	ne	ne, ci	nos	nous	ve	vi	vos	vous

Tertia Persona.

N.	ellu	egli	él	il	ella	ella	ella	elle
G.	(lui	di lui	de él	de lui	lei	di lei	de ella	d'elle)
D.	li	gli	le	lui	li	le	la	lui
A.	lu	lo	le lo	le	la	la	la	la
N.	elli	eglino	ellos	ils	elle	elleno	ellas	elles
G.	(loru	di loru	de ellos	d'eux	laru	di loro	de ellas	d'elles)
D.	le	loro	les	leur	le	loro	las	leur
A.	li	li	les los	les	le	le	las	les.

Reciprocum.

D.	si	si	se	se	G. de sene	di se	de si	de soi
A.	se	si	se	se	D. à sene	a se	á si	à soi.

Pronomina latine declinata.

	Romanica.	*Italica.*	*Francica.*	*Romanica.*	*Italica.*	*Francica.*
N.	questu	questo	cet	questa	questa	cette
G.	questui	costui	(cetui)	questei	costei	—
D.	questui	costui	(cetui)	questei	costei	—
N.	questi	questi	ces	queste	queste	ces
G.	questoru	costoro	(ceteur)	questaru	costoro	—
D.	questoru	costoro	(ceteur)	questaru	costoro	—

Romanica.	*Italica.*	*Francica.*	*Romanica.*	*Italica.*	*Francica.*
N. quellu	quello	(cel)	quella	quella	celle
G. quellui	colui	celui	quellei	colei	—
D. quellui	colui	celui	quellei	colei	—
N. quelli	quelli	ceux	quelle	quelle	celles
G. quelloru	coloro	(celeur)	quellaru	coloro	—
D. quelloru	coloro	(celeur)	quellaru	coloro	—
N. altru	altro	autre	altra	altra	autre
G. altrui	altrui	autrui	altrei	—	—
D. altrui	altrui	autrui	altrei	—	—
N. altri	altri	autres	altre	altre	autres
G. altroru	—	—	altraru	—	—
D. altroru	—	—	altraru	—	—
N. qui que	chi che	qui que		que *(hisp.)*	
D. cui	cui	(quoi)		cuyo *(hisp.)*	

Hae sunt reliquiae Latinae declinationis, ast tantummodo in Romanica hoc sensu, in reliquis particulares efficiunt dictiones, et hic solum comparationis causa ordinavimus eas, prouti etiam Genitivos Personalium. Hispanica: *este, esta, aquel, aquella*, nullas huius modi formas praebent, quapropter etiam omisimus; solummodo, *que* videtur habere suum *cuyo*, quod etiam notavimus.

Coniugatio:

Praesens.

Romanica.	*Italica.*	*Hispanica.*	*Francica.*
cantu	canto	canto	je chante
canti	canti	cantas	tu chantes
canta	canta	canta	il chante
cantamu	cantiamo	cantamos	nous chantons
cantati	cantate	cantais	vous chantez
canta	cantano	cantan	ils chantent.

Imperfectum.

cantabam	cantava	cantaba	je chantais.

Perfectum.

cantai	cantai	canté	je chantai.

Praeteritum perfectum compositum.

abiu cantatu	ho cantato	he cantado	j'ai chanté
abi cantatu	hai cantato	has cantado	tu as chanté
abe cantatu	ha cantato	ha cantado	il a chanté
abemu cantatu	abbiamo cantato	hemos cantado	nous avons chanté
abeti cantatu	avete cantato	habeis cantado	vous avez chanté
abu cantatu	hanno cantato	han cantado	ils ont chanté.

Praeteritum plusquam perfectum I.

abebam cantatu	aveva cantato	habia cantado	j'avais chanté.

Praeteritum plusquam perfectum II.

abui cantatu	ebbi cantato	hube cantado	j'eus chanté.

Futurum.

cantabiu	canterò	cantaré	je chanterai.

Futurum exactum.

abebiu cantatu	avrò cantato	habré cantado	j'aurai chanté.

Coniunctivus modus.

so cantu	che canti	que cante	que je chante
canti	canti	cantes	tu chantes
cante	canti	cante	il chante
cantamu	cantiamo	cantemos	n. chantions
cantati	cantiate	canteis	vous chantiez
cante	cantino	canten	ils chantent.

Praeteritum imperfectum I.

cantarem	canteréi	cantaria	je chanterais.

Praeteritum imperfectum II.

cantassem	cantassi	cantase	je chantasse.

Praeteritum perfectum.

so abiu cantatu	che abbia cantato	que haya cantado	que j'aie chanté.

Praeteritum plusquam perfectum I.

aberem cantatu	avrei cantato	habria cantado	j'aurais chanté.

Praeteritum plusquam perfectum II.

abussem cantatu	avessi cantato	hubiese cantado	j'eusse chanté.

Praeterea in Romanica et Hispanica.

Praeteritum plusquam perfectum Indicativi.

cantaram, aburam cantatu,	cantara, hubiera cantado.

Futurum exactum.

cantariu, aburiu cantatu,	cantare, hubiere cantado.

Futurum compositum in Romanica et Francica.

egu voliu cantare	je vais chanter
tu vei cantare	tu vas chanter
ellu va cantare	il va chanter
noi vomu cantare	nous allons chanter
voi veti cantare	vous allez chanter
elli volu cantare	ils vont chanter.

Imperativus modus.

canta	canta	canta	chante
cantati	cantate	cantad	chantez.

Infinitivus modus.

cantare	cantare	cantar	chanter

Gerundium.

cantandu	cantando	cantando	en chantant.

Participium Praesens.

cantante	cantante	cantante	chantant.

Participium Praeteritum.

cantatu	cantato	cantado	chanté.

Caterva reliquorum temporum compositorum linguae Romanicae videri potest in ipso tractatu grammatico; hic tantum ea attulimus, quae cum sororibus congruunt.

Ad constructionem singularum perspiciendam, et ad internum nexum uno obtutu concipiendum, hic exemplaria quaedam ipsarum principalium linguarum, una cum earum dialectis, orationis dominicae adferemus.

In his Mithridatem doctissimorum virorum Adelung et Vater consuluimus, ast simul cum aliis recentioribus fontibus contulimus.

I. Italica.

1. *Italica antiqua.*

Patre nostro, el qual sei in cielo; sia sanctificato el nome tuo; venga el tuo regno; sia facta la volontà tua, come in cielo et in terra; a noi da hogi el pane nostro substantiale; et perdonaci li nostri debiti, come etiam noi perdoniamo a li debitori nostri; et non ce inducere ne la temptatione; ma liberace dal mal.

2. *Italica recentior.*

Padre nostro, che sei ne' cieli; sia santificato il tuo nome; il tuo regno venga; la tua volontà sia fatta in terra, come in cielo; dacci oggi il nostro pane quotidiano; e rimettici i nostri debiti, come noi ancora li rimettiamo a' nostri debitori; e non c'indurre in tentazione; ma liberaci dal male.

3. *Siciliana.*

Patri nostru, chi stai in celu; sia santificatu lu to nomu; vegna lu to regnu; sia fatta la tua voluntà, comu in celu, cussi in terra; dunani ci lu nostru pani cutidianu; perduna a nui li nostri piccati; comu nui perdunamu li nostri nimici; et non ci fari cascari in tentazioni; ma liberani da mali.

4. *Venetiana.*

Pare nostro, che si nel zielo; sia santificà el nome tuo; vegna el regno tuo; sia fatta la volontà tua, siccome in zielo, così in terra; el pane nostro quotidiano dene ozi; e rimetti a nu i nostri debiti, siccome nu li rimettemo ai nostri debitori; e non ne induci in tentazione; ma liberene dal male.

5. *Genuensis.*

Poe nostro, che sei nei zè; u vostro nome seja santificao; vegna u vostro regno; si faza u vostra voentè, come in zè, così in terra; u pane nostro quotidiano deemè anchè; e perdonè a nui i nostri debiti, come nui perdonemo i nostri debituì; e no ci lasciè cadè ne tentaziun; ma liberateci da ma.

6. *Bononiensis.*

Pader noster, ch' si in cil; 'si pur santificà al voster nom; vegna 'l voster regn; sia fatta la vostra volontà, com in cil, così in

terra; 'l noster pan quotidian daz incù; e perdonaz i noster debit, sicom no alter i perdonen ai noster debitur; e n c'indusi in tentazion; ma liberaz da mal.

7. *Osernonica.*

Padri nes, che sei ne' cieli; cas sia santificau tuo nom; cas viegna il tuo reg; cas faghiasi la tua volontà, com in ciel, cosi in terra; pagn nes di ogni di denel inchi; e rimeti a noi i nes debet, come noi a nes debitor faghium; e non ce lasè cascà mighia in tentazion; ma liberen dal male.

8. *Foroiuliensis.*

Nost pea, ch'a si in cil; che si santificea e vost non; ch'us vegna e vost regn; ch us fessa la vostra voluntea, hiose in cil, che in terra; dasia incù e nost pan d'igna dè; armitis i nost debit, teal e queal nun ai armeten ai nost debitur, e fasi ch'an sema tentaë; ma liberes da e meal.

9. *Sardinica urbana.*

Pare nostru, qui istas in sos quelos; sia sanctificadu su nomen teu; vengat a nois su regnu teu; fasase sa voluntat tua, axicomen su quelu, gasi in terra; lo pa nostru de dognia dia da nos hoe; i dexia a nos altros sos deppitos nostros, comente nos altros dexiam als deppitores nostros; i no nos induescas in sa tentatio; ma livra nos de male.

10. *Sardinica rustica.*

Babbu nostru, qui ses in sos quelos; santificadu siat su nomine tuo; advengiat su rennu tuo; siat fatta sa voluntade tua, comente in su quelu, gasi in sa terra; su pane nostru de ogni die da nos lu hoe, et perdona nos sos deppidos nostros, gasi comente nos perdonamus sus deppidores nostros; et non nos lasses ruer in sa tentassione; mas libera nos de male.

11. *Pedemontana antiqua.*

O tu lo noste payre, lo cal sies en li cel; lo tio nom sia sanctifica; lo tio regne venga; la toa voluntà sia fayta, en ayma illi es fayta al cel, sia fayta en la terra; dona nos la nostre pan quotidian enchoy; perdonna a nos li nostre debit ô pecca, coma nos perdonnen a li nostre debytor ô offendators; non nos amenar en tentation; ma deslivra nos del mal.

12. *Pedemontana hodierna.*

Padre neust, ch't'ses in siel; santifica sia l'teu nom; vegna a noi l'teu regn; s'fassa tua volontà, com in siel, così in terra; dane encuie l'neust pan di tut i di; perdeuna a noi i neust debit, com noi perdeuiamo ai neust debitor; lasne nen caschè en t'la tentasion; ma librene del mal.

II. Hispanica.

1. *Castelliana.*

Padre nuestro, que estas en los cielos; santificado sea el tu nombre; venga á nos el tu reino; hagase tu voluntad, así en la terra, como en el cielo; el pan nuestro de cada dia da nos hoi; y perdona nos nuestras deudas, así como nosotros las perdonamos á nuestros deudores; y no nos dejes caer en la tentacion; ma libra nos de mal.

2. *Valentiana.*

Pare nostre, que estas en lo cel; santificad siga el teu nom; venga a nos el teu reine; fagas la teua voluntad, aixi en la terça, com en el cel; el pa nostre de cada dia daunoste gui; y perdonaunos les nostres deudes, aixi come nos atres perdonam a nostres deudores; y no nos deixes caure en la tentacio; mes lliuranos de mal.

3. *Catalaunica.*

Pare nostro, que estau en lo cel; sanctificat sea el vostre sant nom; vinga en nos altres el vostre sant reine; fasas la vostra voluntat, axi en la terra, como se fa en lo cel; el pa nostre de cada dia da nos lo gui; i perdonau nos nostres culpes, axi com nos altres perdonam a nostres deudores; i no permetau que nos altres caigam en la tentacio; ans desllibra nos de qualsevol mal.

4. *Lusitana.*

Padre nosso, que estas nos ceos; sanctificado seja o teu nome; venha á nos o teu reino; seja feita a tua vontade, assi nos ceos, come na terra; o pão nosso de cada dia da nolo oie nesto dia; e perdoa á nos senhor as nossas diuidas, assi como nos perdoamos aos nossos diuidores; e não nos dexes cahir en tentazão; mas libra nos do mal.

III. Francica.

1. *Francica antiqua.*

Sire pere, qui es ès ciaux; sanctifiez soit li tuens nons; avigne li tuens regnes; soit faite ta volanté; sicomme ele est faite en ciel, si soit ele faite en terre; nostre pain de chascun jor nos done hui; et pardone nos nos meffais, sicomme nos pardonnons à cos qui meffait nos ont; Sire ne soffre, que nos soions tempté par mauvesse temptacion; mes Sire delivre nos de mal.

2. *Francicæ recentior.*

Notre pere, qui es au ciel; ton nom soit sanctifié; ton regne vienne; ta volonté soit faite sur la terre, comme au ciel; donne-nous aujourd'hui notre pain quotidien; et pardonne-nous nos offenses, comme nous les pardonnons à ceux qui nous ont offensés; et ne nous induis point en tentation; mais delivre-nous du mal.

3. *Provencialis.*

Nouastre païre, què sias oou ciele; què vouastre noum siegue santificat; què vouastre rouyaoumè nous arribè; què vouastre voulountà siegue facho su la terro, coumo din lou ciele; Dounas-nou en cui noustre pan de cade jou; perdounas-nou noustreï ooufensos coumo leï perdounan a n'aqueleï que nous an ooufensas; e nou leïssez pas succoumba a la tentation; maï delivra nou doou maou.

4. *Languedocensis.*

Nostrè pêro que ses au ciel; que vostrè noûm siêguè santifiat; que vostre volountat siêguè facha tant sur la terra, que din lou ciel; douna nous aujourd'ivi nostrè pan quotidian; perdouna nous nostras ouffenças, couma naoutres las perdounan on d'aquelles què nous an ouffençat; nous lesses pas succoumba à la tentatiou, mes delivra nous de maou.

5. *Guasconica.*

Nostrè pairè, qu'es al çèl; toun noù sio sanctificat; toun regne bengo; ta boulontat sio facho en la terro, coumo al cel; douno nous agoueï nostrè pa de quado joun; e perdouno nous nostros auffensos, coumo nous atres perdounan en d'aquelis, que nous an auffensatè; e nou nous endusuïes què pas en tentacieou; mai deliouro nous de malin.

6. *Vallonica.*

Nos peer, qui es a cir; vos sen no seùye santifii; vos roame nos adveigne; vos volte seùye faite en ter, com a cir; dîne no ojourdou nos pan quotidien; pardone no nos ofence, com no le perdonan a ciqui nos on ofencé; ni no duhé nen diven de tentacion; mai delivre no di to ma.

7. *Rhaetica sive Romanensis.*

Bab noss, ilg qual eis enten ciel; soing vengig faig tieu num; tieu raginavel vengig nou tiers; tia velgia daventig sco enten ciel, asci er sin terra; nos paun daminchiagi dai a nus oz; a nus pardunne noss puccaus, sco nus pardunein à nos culponts; a nus manar buc en pruvament; mo nus spindre d'ilg mal.

Cuicunque attente inspicienti facile una eademque apparebit lingua, et pro diversitate tantum locorum diversis induta vestibus. Hinc si ab Auctoribus earum stabilem, hodiernam, formam determinantibus huius unitatis habita fuisset ratio, saltem quod scribendi modum, universae nationes a Bosporo Thracico usque ad fretum Gaditanum (demtis spuriis non huc pertinentibus) facillimo semet intelligerent invicem negotio. Quod nequaquam tam arduum fuisset opus, si ad principales, saepe citatas, reflexerimus dialectos, quae suas respectu literaturae penitus dimoverunt subdialectos, et ipsae dominans in altum tulerunt caput. In Italia una est tantum lingua docta, pariterque in Francia; in Hispania tantum valuit Castelliana, ut ferme etiam Lusitanam, politice quoque ab illa independentem, obscuraverit. Quantum hoc emolumenti ad universalem propagandam culturam produxisset, facile perpendere poterit, qui nostrum sensim ad cosmopolitismum tendens consideraverit aevum. Nam sperandum est viris bonis, ut quos fatalia diviserunt tempora, eadem faventia uniant, non ad reliquas, uti nostri invicti saepissime inviti fecerunt patres, gentes opprimendas, sed ad scopum culturae felicitatique totius humani generis propositum facilius hac via attingendum.

PRAEFATIO

AD IPSUM TENTAMEN GRAMMATICUM.

Huius operis finis est, linguam Romanam hodie in utriusque Daciae provinciis vigentem puram putam oculis virorum eruditorum subiiciendi. Omnia itaque seposuimus commenta, varias, sibi plerumque contradicentes, opiniones auctorum haud sibi satis consultorum reiecimus, inanes eorum fabricas funditus evertimus, impurosque rivulos siccitatem secum ferentes, in proprium nihilum fluere sivimus, et fontem ipsum adgressi sumus. Hinc omnia, non ut nobis aut aliis placuisset, exhausimus, sed ut ipsa semet praebent elementa. Siqui ergo nobis obiicere vellent, nos plerumque reliquis, qui hoc de obiecto disseruerunt, contraria proposuisse, quos alioquin non timemus, quum pro veritate pugnemus, — hoc non in nos cadet, sed in illos, qui sive ignorantia, sive inani arrogantia ausi sunt sacro huic venerandae antiquitatis monumento violando profanas suas admovere manus, hacque ratione incautos in errorem trahere. Nam nos maiori religione ducti, omnia intacta reliquimus, satque fecisse reputavimus, si eousque pervenire potuimus, ut ea omni ex parte conspiciamus, aliisque conspicienda praebeamus. Puritas linguae prima fuit conditio. Hinc formas genui-

nas ubique attente inquisivimus, antiquiores integras recentioribus corruptis praetulimus, simplices et praecisas complexis et vagis, minus quoque usitatas vulgaribus et tritis anteposuimus, ubi autem necessarium censuimus, omnes quidem indicavimus, sed eas maiori studio selegimus, quas argumentis ex rei natura petitis nixi approbare debuimus. Etymologiam pro Ariadnae filo habuimus, Analogiam, supremam in rebus grammaticis legislatricem, ubique strictissime observavimus, omnesque hinc fluentes leges, tantum post sufficienter disquisita momenta, per inductionem solenniter pronunciavimus, nullibi autem easdem anticipare ausi sumus, ne in propria immergendi somnia periculum subeamus. In pronunciatione exponenda et in scribendi ratione figenda nequaquam fatuorum in disquisitionibus empiricis rem a priori determinare satagentium secuti sumus conamina, ut deinde, quum ficta nostra norma falsa fuerit, ipsa contorquere vocabula obligemur, ad justificanda inania commenta; sed Mathematicorum usi methodis, eo adduximus singula elementa, ut necessario omni ex parte se nobis manifestent, observatisque diversis coloribus pro diverso situ reflexis, ipsa semet prodere determinareque permisimus, et hanc solummodo determinationem regulae adinstar signavimus. In universa dictionum flexione composita a simplicibus, derivata a primitivis, summa cum attentione distinximus, ne omnia in eadem olla jacentia confusionem pariant, et incautis occultas qualitates arbitrandi occasionem praebeant, uti hucusque fieri inimica voluit fortuna; contracta eadem ex causa distraximus, complicita explicuimus; omnia tam nuda ante oculos posuimus, ut saltem qui coeci non sunt, facili videre, et de rei veritate persuaderi possint negotio. Hinc verbis in legibus explicandis plerumque pepercimus, sed exempla profudimus, quae in hoc genere pro experimentis haberi debent; ubi fieri po-

tuit, post diversas etiam regulas eadem, repetita vice, consulto attulimus, ut generaliter perspectis, eo magis adlata eluceat veritas; in parte syntactica ex auctoribus classicis haud pauca adduximus, ut eo clarius, apposita versione, cernatur filiae cum matre similitudo; populares etiam in hac parte sententias saepe praetulimus sublimioribus, ut quum tritae sint, amplius corroborandis serviant assertis.

Quicunque de sinceritate genuinaque puritate linguae dubitant, eos facto refutavimus; qui perfectibilitatem eius absque introductione barbarismorum, aut fictione claudicantium plebeismorum, nescio quam sublimitatem apud eos praeseferentium, concedere nolunt, illos rogamus, ut eam, quam Analogiae aperuimus viam, maiori studeant cum attentione, paucaque illa, quae ad progressum indicandum fecimus tentamina, saniori perpendant cum judicio, et si ipsi haud sufficientibus pollent viribus ad rectam perveniendi semitam, iterque in ea faciendi, sinant saltem se illuc adduci, comitemque non respuant sequi, et credant futurum aliquando, ut hac ratione ipsi praesentibus liberati tenebris lucem videant; neve aegrotantium sequantur morem, qui medicamenta ipsis ingrata reiiciunt, horum utilitatem aestimare nescii.

Celeberrimus nostri saeculi Philosophus Fichte sequens proponit verae Philosophiae criterium: Cuicunque obiecta extra se posita cessabunt apparere ut entia per se existentia, ille sciat se veram jam nactum esse Philosophiam. Nos aliud, huic simile, ast non de Philosophia, hic proponimus: Quicunque adlata percurrere incipiens turbabitur, ille sciat se inveterato laborare morbo; quicunque omnibus percursis ad rem necessariis fundatam rationibus suspicandum inductus fuerit, ille sciat se sanabilem esse; quicunque iterata vice perlectis, adductisque argumentis rite perpensis claram perviderit, licet ipsi for-

sitan haud semper gratam, veritatem, convictumque se sentiet de illius firmitate, ille sciat se jam sanum esse; quicunque autem omnibus his tentatis, se tamen aliter dispositum sentiet, ille Hippocratem vocet, nam nostra non in illum parata est medicina; nos cum tali nec amicitiae pangere volumus foedus, nec hostile gerere bellum. Veritatis autem amatores oramus, ut ubicunque nos incaute, quacunque demum de causa, in errorem lapsos observaverint, benigne nos monere vellent, nam nihil magis, quam errorem detestamur, etiamsi fors gratus fuerit, prouti etiam nihil magis, quam veritatem amamus, etiamsi acerba exstiterit, sincereque fatemur omni momento paratos nos esse ad quemcunque falsum gressum emendandum, et non modo ab hucusque prolatis assertis desistendum, verum ad plenam eorum sententiam ambobus brachiis amplectendam. Vale, Lector benevole, te inter hos ultimos numeramus, tandiuque numerabimus, quandiu tu ipse contrarium non demonstraveris, apertaque indicia dederis te magis aliter dispositorum diligere commercium.

Auctor.

INDEX.

INTRODUCTIO.

PARS ANALYTICA.

SECTIO PRIMA.

ANALYSIS VOCALIS.

	Pagina.
I. De Vocalibus	1
II. De loco et pronunciatione Vocalium	3
III. De Consonantibus	14
IV. De loco et pronunciatione Consonantium	17
V. De transitione Literarum in alias	34
VI. De divisione Syllabarum	36
VII. De scribendi ratione	38
VIII. De Accentu	42

SECTIO SECUNDA.

ANALYSIS VERBALIS.

De primariis Dictionibus.

Denominationes.

De Nominibus.

De Nominibus Substantivis	46
I. De Speciebus Substantivorum	46
II. De Genere Substantivorum	47
III. De Variatione Substantivorum	50
A. De Motione Substantivorum	50
B. De Numeris et Mutatione Substantivorum	54
De Nominibus Adiectivis	68
De Adiectivis	68
I. De Motione Adiectivorum	68
II. De Adiectivorum Numeris et eorum Mutatione	70
III. De Comparatione Adiectivorum.	72

Pagina.

De Numeralibus 72
I. Cardinalia 73
II. Ordinalia 76
III. Distributiva 77
IV. Multiplicativa 78
V. Proportionalia 79

De Pronominibus.

De Speciebus Pronominum 79

De Declinatione.

A. Declinatio Pronominum 81
B. Declinatio Substantivorum 88
Declinatio articulata 90
C. Declinatio Adiectivorum 100
Declinatio articulata 103

Praedicationes sive Verba.

I. De Speciebus Verborum 107
II. De Variatione Verborum 108
Coniugatio simplex Verborum activorum et neutrorum . 112
III. De Praeteritis et Supinis Verborum 127
Coniugatio Verborum reciprocorum 140
Coniugatio Verborum impersonalium 148
De Verbis irregularibus et eorum Coniugatione . . 158
Coniugatio composita seu periphrastica 166
Coniugatio Verborum passivorum 173

De secundariis Dictionibus.

De Adverbiis 182
De Praepositionibus 183
De Coniunctionibus 184
De Interiectionibus 184

De Derivatione.

Nomina Substantiva derivata 185
Nomina Adiectiva derivata 186
Terminationes Nominum derivatorum 187
Verba derivata 199
Terminationes Verborum derivatorum 200
Particulae derivatae 201

De Compositione.

Pagina
Nomina Substantiva composita 202
Nomina Adiectiva composita 204
Numeralia composita 205
Pronomina composita 205
Verba composita 206
Adverbia composita 209
Praepositiones compositae 210

PARS SYNTACTICA.

SECTIO PRIMA.

SYNTAXIS DICTIONUM.

Syntaxis Concordantiae 212
De Determinatione Nominum 218
I. De omissione Articuli 220
II. De loco Articuli 223
Syntaxis casuum 225
Syntaxis Praepositionum 228
Syntaxis Adiectivorum 246
De Comparatione 247
I. De Comparatione gradu aequali 247
II. De Comparatione gradu inaequali 247
De Numeralibus 248
Syntaxis Pronominum 249
I. De Pronominibus personalibus 249
II. De Pronominibus possessivis 254
III. De Pronominibus demonstrativis 254
IV. De Pronominibus relativis 255
V. De Pronominibus interrogativis 256
VI. De Pronominibus indefinitis 257
Syntaxis Verborum 258
De Personis Numeri singularis 258
De Personis Numeri pluralis 259
De Temporibus simplicibus 260
A. Indicativi modi 260
Tempora periphrastica 263
B. Coniunctivi modi tempora 264

Pagina.

C. De Imperativo modo 267
D. De Infinitivo modo 268
E. De Gerundio 270
F. De Supino 271
G. De Participio 271
I. De Verbis activis 272
II. De Verbis passivis 273
III. De Verbis reciprocis 274
IV. De Verbis impersonalibus 276
Syntaxis Adverbiorum 277
Syntaxis Coniunctionum 280
Syntaxis Interiectionum 283

SECTIO SECUNDA.

SYNTAXIS SENTENTIARUM.

I. Sententiae compositae 284
II. Sententiae primariae et secundariae 284
III. Sententiae coordinatae et subordinatae . . . 285
IV. Sententiae ad invicem relatae 285
V. Sententiae explicativae 287
VI. Sententiae causales 288
VII. Sententiae temporales 288
VIII. Sententiae copulativae 289
IX. Sententiae disiunctivae 290
X. Sententiae adversativae 291
XI. Sententiae conclusivae 292
XII. Sententiae conditionales 292
XIII. Sententiae concessivae 293
XIV. Sententiae relativae 294
XV. Sententiae correlativae 294
XVI. Sententiae partitivae 295
XVII. Sententiae continuativae 295

INTRODUCTIO.

Inest humanae naturae facultas, ope organorum hunc in finem constitutorum, quidquid animo sentit, tonis articulatis exprimendi, aliisve communicandi, quod *loqui* dicimus, actumque ipsum *loquelam* seu *sermonem*, aut etiam *linguam* sensu lato appellamus. Scientia, quae de loquendi modo agit, *Grammatica* nominatur, suasque leges ex originaria animi humani cogitandi norma, *Dianoëtica* scilicet, deducit, ex propositae linguae *Genio* dictat, ac secundum *Etymologiam* et *Analogiam* modificat, vitiosa corrigendo, superflua tollendo, et vacua supplendo. Duas autem constitutivas partes complectitur, *Analysim* scilicet, et *Syntaxim*; prouti nimirum, aut singularum dictionum naturam investigat, aut earum ad integras sententias efficiendas constructionem docet.

PARS ANALYTICA.

Analysis, qua prima pars Grammaticae, aut singularum *vocum*, tanquam partium integras dictiones constituentium, naturam explorat, aut harum *dictionum*, seu *verborum* sensu lato sumtorum, varias modificationes exponit; quapropter in duas abit sectiones, quarum prior *Analysim vocalem*, posterior vero *verbalem* continet.

SECTIO PRIMA.

ANALYSIS VOCALIS.

Voces, seu toni articulati, certis signis, quae *literae* vocantur, denotantur; sunt autem literae sequentes:

maiusculae:

A, B, C, D, E, F, G, H, I, J, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V.

minusculae:

a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v.

Quas facilioris conspectus gratia, secundum organa, quibus pronunciantur, et mutuam inter se affinitatem, sequenti schemate exhibebimus:

O, o,	A, a,	E, e,
U, u,		I, i,
V, v,		J, j,
F, f,		H, h,
B, b,	D, d,	G, g,
P, p,	T, t,	C, c, Q, q,
	S, s,	
	R, r,	
	L, l,	
M, m,	N, n,	— —

Harum quinque priores: a, o, e, u, i, appellantur *Vocales*, et quidem: a, o, e, *fortes;* u, i, *debiles*; subsequentes: v, j, ex anterioribus natae formant transitum ad consonantes, quapropter *transitivae* dicuntur; f, h, *aspiratae* audiunt; omnes autem reliquae *Consonae* absolute nominantur.

I. De Vocalibus.

Vocales binae coniunctae *Diphthongos* constituunt, ex quibus:

ou,	au,	eu,
oi,	ai,	ei,

vocantur *propriae;* sequentes vero:

ua,	ia,
uo,	io,
uu,	iu,
ue,	ie,
ui,	ii,

appellantur *impropriae;* reliquae autem:

oa,	aa,	ea,
oo,	ao,	eo,
oe,	ae,	ee,

non faciunt diphthongum, sed duas diversas vocales, et fere tantum in graecis, aut aliis peregrinis dictionibus occurrunt.

Vocales simplices, aut etiam Diphthongi, solitariae aut Consonantibus coniunctae, quae una vocis emissione pronunciari possunt, *syllabae* audiunt.

Respectu quantitatis, aut sunt *longae*, aut *breves*, id est, aut certa quadam vocis elevatione pronunciantur, aut nulla, et vocantur etiam *accentu instructae*, seu *tonicae*, aut *accentu destitutae*, seu *atonae;* illas in decursu operis praevie sequenti accentu (′) denotabimus. Caeterum quaevis vocalis plures sonorum gradus habet, et diversas in pronunciando modificationes admittit.

In dictione, quod locum adtinet, vocalis stare potest in principio, et omnes consonantes post se patitur, aut in medio, inter quascunque consonantes, aut denique in fine, post quascunque sine discrimine. Hic de Vocalium loco et pronunciatione simul agemus.

II. De loco et pronunciatione Vocalium.

Praevie observandum quod Vocales subsequentes pronunciationem praecedentium determinare soleant, et haec iterum a maiore vel minore toni intensitate, tum etiam a positione, seu loco, quem vocalis in dictione occupat, dependeat.

A.

I. a *clausum* occurrit:

1) in principio vocabulorum, uti:

acu,	acus,	*arcu*,	arcus,	*albu*,	albus,
acru,	acer,	*altru*,	alter,	*aspru*,	asper,
auru,	aurum,	*austru*,	auster,	*ásinu*,	asinus,
aru,	aro,	*armu*,	armo,	*ardu*,	ardent,
audu,	audiunt,	*addúcu*,	adduco,	*ápperu*,	defendo, etc.

2) in medio in syllabis tonicis, uti:

calcu,	calco,	*carru*,	currus,	*capu*,	caput,
saltu,	saltus,	*statu*,	status,	*lacu*,	lacus,
facu,	facio,	*saccu*,	saccus,	*vallu*,	vallum,
dau,	do,	*vinariu*,	vinarius,	*mutátu*,	mutátus,
raru,	rarus,	*passu*,	passus,	*lassu*,	laxo, etc.

Excipiuntur hinc, quae sub IV. sequentur.

Hic sonus repondet italico *a*, in: *amo*, *vado*, francico in: *fat*, *ma-*

tin, anglico in: *aik*, *hap*, germanico in: *Gatte*, *Watte*, hungarico in: *szál*, *már* (ast non producto).

II. a *apertum* occurrit:

1) in tonicis in sequenti syllaba *e* habentibus, uti:

parte,	pars,	*mare*,	mare,	*valle*,	vallis,
calle,	callis,	*dare*,	dare,	*stare*,	stare,
pare,	paret,	*cade*,	cadit,	*sale*,	pagi,
vase,	vasa,	*case*,	domus,	*pate*,	pàtitur,
bate,	batuit,	*rade*,	radit,	*capre*,	caprae, etc.

2) in tonicis in sequenti syllaba *o* habentibus, uti:

aráro,	araverunt	*udáro*,	udaverunt,	*lucráro*,	laborarunt,
furáro,	furati sunt,	*mutáro*,	mutarunt,	*sudáro*,	sudarunt etc.

Hic sonus respondet italico *a*, in: *mare*, *parte*, francico in: *face*, *fable*, *table*, anglico in: *father*, *far*, germanico in: *Sache*, *war*, hungarico in: *szál*, *már*, (producto).

III. a *clarum* occurrit in tonicis in sequenti syllaba *a* obtusum habentibus, uti:

capra,	capra,	*casa*,	casa,	*vacca*,	vacca,
sapa,	ligo,	*larga*,	larga,	*lata*,	lata,
lauda,	laus,	*macra*,	macra,	*tata*,	tata, pater,
satura,	saturat,	*nasca*,	nascatur,	*mamma*,	mamma,
latra,	latrat,	*inalta*,	alta,	*lunática*,	lunatica etc.

Aequivalet francico *â*, in: *âge*, *Châlons*, anglico *a*, in: *fall*, *wall*, Germanico in: *Aal*, *Wahl*, hungarico in: *ma*, *fa* (ast producto).

Nonnulli sonum clausum, apertum, et clarum eodem modo proferunt, caeterum discrimen sat clarum est inter: *ardu*, *arde*, *arda*, pariter: *cadu*, *cade*, *cada*; adscendit scilicet quasi per gradus.

IV. a *obtusum* occurrit:

1) in atonis in medio et in fine vocabulorum, uti:

calca,	calcat,	*calcátu*,	calcatus,	*calcatúra*,	calcatura,
barba,	barba,	*barbátu*,	barbatus,	*batútu*,	verberatus,
vacca,	vacca,	*vaccáriu*,	vaccarius,	*fuga*,	fuga,
marìtu,	marito,	*maritáta*,	maritata,	*pastóriu*,	pastor,
calda,	calida,	*caldária*,	caldarium,	*caldura*,	calor etc.

2) in tonicis in plurali in *i* desinentibus, si singularis numerus in *a* vel e terminatur, uti:

mari,	maria,	*dari*,	tributa,	*stari*,	stationes,
parti,	partes,	*carti*,	chartae,	*valli*,	valles,
salci,	salices,	*sanitáti*,	sanitates,	*calli*,	calles,

palmi,	palmae,	*bonitáti*,	bonitates,	*ciuitati*,	civitates,
barbi,	barbae,	*judicáti*,	judicia,	*vicinitati*,	vicinitates etc.

3) in verborum terminatione *amu*, uti:

frecamu, fricamus, *numeramu*, numeramus, *miramu*, miramur, *seminamu*, seminamus, *stricamu*, destruimus, *mesuramu*, mensuramus, etc.

4) in finalibus, uti:

da,	dat,	*sta*,	stat,	*fa*,	fac,
legâ,	ligavit,	*intrâ*,	intravit,	*gustâ*,	gustavit etc.

Praeter *à*, ad, *quà*, quam, *và*, vult, *bà*, sed, non, in quibus *a clausum* auditur.

Hic sonus respondet francico vel potius genevensi *ai* in: *raison*, *maison*, *saison*, et *faisons*, *fairons*, oratorio; anglico *a* in *papá* prima syllaba, germanico *e* in *Verstand*, ast in omnibus tantum adproximative, nam verus tonus nisi ex ore accurate percipi potest.

V. a *raucum* occurrit:

1) ante nasalem *n*, uti:

cane,	canis,	*pane*,	panis,	*mana*,	manus,
lana,	lana,	*canta*,	cantat,	*cantándu*,	cantando,
pagánu,	paganus,	*Romanu*,	Romanus,	*mancáre*,	manducare,
angústu,	angustus,	*septimana*,	septimana,	*pántice*,	pantex,
ángelu,	Angelus,	*anima*,	anima,	*quandu*,	quando etc.

2) Ante nasalem *m* praefixam affinibus *b* vel *p*, uti:

campu,	campus,	*amblare*,	ambulare,	*lambire*,	lambere,
scambáre,	cambiare,	*sámbata*,	sabbatum,	*ambi*,	ambo etc.

Hic sonus nisi obiter cum aretino *a* in *capo*, *pane*, et cum francico *ai* in nasalibus *pain*, *vain*, *main*, *Romain*, comparari potest, ast accurate, sicut prior ex ore magistri audiri debet.

Multi sonum obtusum et raucum eodem modo efferunt, praecipue in Dacia Aureliani, ast etiam hic sat magna differentia reperitur inter primum, exempli gratia, et secundum *a* in *paganu*, *calcandu*, nulla autem in *cantandu*.

Nota. Diversi gradus, per quos pronunciatio vocalis *a* variat, alias quoque modificationes, praecipue in quotidiano sermone, admittunt, quae quidem sunt observandae, ast non suadendae, ita.

1) *a* raucum proferunt plerique ut *i* in: *anima*, anima, cor, *annellu*, annellus, *langore*, languor, *scambare*, cambiare, *fantiolu*, infans, juvenis; tum in *Basélica*, templum, *mare*, mas, sponsus, *maressa*, sponsa.

2) ut *u* in: *anglu*, angulus, *ambláre*, ambulare, *auellána*, avellana.

3) ut *o* in: *acietu*, acetum, aciellu, chalyb *(acier)*, fame, fames, *asse*, axis; in pronomine *la*; illam, et *una*, una, quaedam, reiiciendo consonas.

4) ut *ai* in: *diffamare*, diffamare, *inante*, ante, *straniu*, extraneus.

5) ut *e* in ultima syllaba *ria*, uti: *servatoria*, dies festus; *lucratoria* dies profestus, *laudatoria* laudatoria, etc.

6) Reticetur in: *negotiatoriu*, negotiator, *desatullu*, satis, *pannatura*, strophium.

Praepositio *a*, ad, simpliciter et distincte pronunciatur in: *a casu*, domi, *a nome*, nominatim, *a mente*, attente, *a mana*, prae manibus, *a monte*, ad montem, *a summa*, ad rationem; tum ante verborum infinitivum, *a fugire*, fugere, *a dúcere*, ducere, *a vedére*, videre etc. ante reliqua vero nomina profertur quadam assimilatione literae *l*, quasi *là*, uti: *à Roma*, *à Vienna*, *à campu*, *à Marcu*, *à noi*, *à voi* etc. Nos hunc sonum distinctionis causa accentu gravi notabimus.

O.

I. o *clausum* occurrit:

1) in tonicis in sequenti syllaba *i* habentibus, uti:

dormi,	dormis,	*mori*,	morere,	*joci*,	ludis,
sorti,	sortes,	*morti*,	mortui,	*porti*,	portas,
porci,	porci,	*sudori*,	sudores,	*pastóri*,	pastores,
orbi,	coeci,	*sorbi*,	sorbes,	*noti*,	notas,
toti,	omnes,	*poti*,	potes,	*rogi*,	rogas etc.

2) in tonicis in sequenti syllaba *u* habentibus, uti:

locu,	locus,	*focu*,	focus, ignis,	*jocu*,	jocus, lusus,
floccu,	floccus,	*porcu*,	porcus,	*mortu*,	mortuus,
somnu,	somnus,	*dormu*,	dormio,	*pomu*,	pomus,
moriu,	morior,	*pastóriu*,	pastor,	*adjutoriu*,	adiutorium,
vostru,	vester,	*nostru*,	noster,	*rostru*,	rostrum etc.

3) in tonicis antepenultimis, quarum penultima est *o* atonum, uti:

lócori,	loca,	*fócori*,	ignes,	*córpori*,	corpora,
jócari,	lusus,	*nódori*,	nodi,	*módori*,	modi etc.

(Vide Notam sequentem.)

Respondet italico *o* in: *dono*, *sono*, francico in: *globe*, *il vole*, anglico in; *no*, *note*, germanico in: *Noth*, *Brod*, hungarico in: *sok*, *szomorù*.

II. o *apertum* occurrit in tonicis in sequenti syllaba *e* habentibus, uti:

morte,	mors,	*sorte*,	sors,	*forte*	fortiter,
folle,	follis,	*molle*,	móllis,	*sudóre*,	sudor,

langore,	languor,	*putóre*,	putor,	*coste*,	costae,
oste,	hostis, militia,	*osse*,	ossa,	*mucose*,	mucosae,
pote,	potest,	*rote*,	rotae,	*rode*,	rodit etc.

Respondet italico *o* in: *giorno, signore*, francico in: *or, encore*, anglico in: *nor, for*, germanico in: *Nord, Worte*, hungarico *a* in: *marni, katár* (penultimo).

III. o *clarum* occurrit in tonicis in sequenti syllaba a habentibus, uti:

porta,	porta,	*morta*,	mortua,	*corda*,	chorda,
coma,	coma,	*costa*,	costa,	*oua*,	ova,
socra,	socrus,	*socia*,	socia,	*lucratória*,	dies profest.
roga,	rogat,	*joca*,	ludit,	*amblatoria*,	seccessus,
noda,	nodat,	*seditória*,	conclave	netricum,	etc.

Hic sonus respondet italico *o* in: *sorta* (paullo elevatiori) francico in: *hotte*, angelico in: not, got, germanico *a* in: *satt*, hungarico in: *vas*, ast vero ubique producto et aperto.

Sunt qui etiam clarum *o* non distinguunt ab aperto, verum vide hic quoque gradationem sat sensibilem, *portu, porte, porta, mortu, morte, morta, sociu, socie, socia*.

IV. o *obtusum* occurrit:

1) in tertia persona pluralis numeri, temporis praeteriti perfecti, uti:

cantáro,	cantarunt,	*batúro*,	batuerunt,	*audíro*,	audiverunt,
furo,	fuerunt,	*dussero*,	duxerunt,	*remasero*,	remanserunt etc.

2) In sequentibus particulis: *quo*, quod, *so*, ut, *do*, dum, si, *vero*, vero, verum, *itero* vel *ero*, iterum, *ergo*, ergo, *ecco*, ecce, *dupo*, post, *pino*, usque, *longo*, penes, *fori, fore, fora*, sine; tum in: *locusta*, locusta, *loturi*, loturae, faeces, *rotundu*, rotundus, *inquo*, adhuc.

Conferri potest cum francico *eu* in: *neuvieme*, anglico *o* in: *portion* (ultimo), ast nisi per adproximationem, magis consanat vocali obtusae *a*, ita ut *cantaro* ferme uti *cantára* audiatur, et plerique non distinguunt, quapropter etiam in scribendo confundunt.

V. o *raucum* occurrit:

1) ante nasalem *n*, uti:

fontana, fons, fontana, *pulmoni*, pulmones, *rondinelle*, hirundines, *mondu*, mundus, *montana*, vel *smontana*, flos lactis, *ronia*,

scabies, *cutonia*, cydonium, *cutonius*, cydonius (vid. n.) *longo*, penes (penultima).

2) Ante nasalem *m* literis *b* vel *p*, praefixam, uti: *pompa*, pompa, *rombus*, rhombus, *trompeta*, tuba, etc.

Comparari potest cum francico *u* in: *lundi*, *defunct*, ast non est idem, magis consonat vocali raucae *a* in: *pane*, ita ut *pulmoni* non multum differat a *septimani*; hinc homaeoteleuton: *Que e in mana, nu e mentiona.*

Nota 1. Auditur ferme ut *u* in syllabis finalibus: *one, oni, ome, omi, onte, onti, onde, ondi*, uti:

carbone,	carbo,	*carboni*,	carbones,	*titione*,	titio,
titioni,	titiones,	*capone*,	capo,	*caponi*,	capones,
nome,	nomen,	*nomini*,	nomina,	*monte*,	mons,
monti,	montes,	*ponte*,	pons,	*ponti*,	pontes,
tonde,	tondet,	*tondi*,	tondes,	*responde*,	respondet, etc.

2. Effertur pariter ut *u* in omnibus atonis, in principio et medio, uti:

rogáre,	rogare,	*morire*,	mori,	*jocátu*,	jocatus, lusus
arbori,	arbores,	*lépori*,	lepores,	*témpori*,	tempora,
porcéllu,	porcellus,	*dominica*,	dominica,	*communícu*,	communico,
occidere,	occidere,	*ordímu*,	ordimur,	*ollicélle*,	ollulae etc.

3. Pronunciatur quadam assimilatione literae *u* in principio, uti:

omu,	homo,	*ossu*,	os,	*ovu*,	ovum,
oste,	hostis,	*ospitu*,	hospito,	*oclu*,	oculus,
olla,	olla,	*ordiu*,	hordeum,	*óctu*,	octo etc.,

quod saepe etiam in medio fit, uti:

mortu quasi *muòrtu*, *tortu* quasi *tuòrtu*, *flocce* quasi *fluocce*; ita etiam ante *o* raucum in: *bonu* quasi *buonu*, *sonu* quasi *suonu*, *tonu* quasi *tuonu*, *ponu* quasi *puonu*, etc.

4. Auditur ut *a* in principio sequentium: *ostipare*, vel *ostupare*, obturare, *opponere*, opponere, vel occidere, *oddormire*, obdormire, *oppucare*, prehendere, *ossediare*, obsidiari; quae pari jure etiam per *a* scribi possunt, nempe: *appucare*, *astupare*, *apponere*, *addormire*, *assediare* etc.

5. Reticetur in: *cónsocru*, consocer, *cónsocra*, consocrus (penultimum) *formosetia*, pulcritudo, *volere*, velle, *volutu*, et in toto verbo.

E.

I. e *clausum* occurrit:

1) in tonicis in sequenti syllaba *i* habentibus, uti:

peri,	peris,	*perdi*,	perdis,	*mergi*,	mergis,
temi,	times,	*pleci*,	moves,	*vedi*,	vides,
legi,	ligas,	*secci*,	sicci,	*freci*,	fricas,

pesci,	pisces,	*cresci*,	crescis,	*versi*,	fundis,
greci,	graeci,	*peri*,	piri,	*verdi*,	virides etc.

2) in atonis in sequenti syllaba *e* vel *i* habentibus, uti:

númeri,	numeras,	*stémperi*,	temperas,	*ápperi*,	defendis,
cómperi,	emis,	*ímperi*,	imperas,	*supperi*,	offendis,
pérdere,	perdere,	*dúcere*,	ducere,	*pónere*,	ponere,
rádere,	radere,	*cúrrere*,	currere,	*árdere*,	ardere etc.

3) in tonicis in sequenti syllaba *u* habentibus, sed tantum ante: *c*, *p*, *r*, *s*, aliis praefixas, uti:

crescu,	cresco,	*perdu*,	perdo,	*florescu*,	floresco,
mergu,	mergo,	*pergu*,	pergo,	*mersu*,	mersus,
questu,	iste,	*quercu*,	quaero,	*pectu*,	pectus etc.

Pariter in ultima syllaba tonica *etu*, uti:

pometu, pometum, *prunetu*, prunetum, *fagetu*, fagorum silva etc.

4) in fine vocabulorum, uti:

mare,	mare,	*parte*,	pars,	*dulce*,	dulcis,
pute,	putet,	*fire*,	fieri,	*stare*,	stare etc.

Praeter monosyllabas *me*, me, *se*, se, *ve*, vos (vide IV.).

Hic sonus aequivalet italico *e* in *rompere*, *mare*, francico accentuato in: *dè*, *parlé*, anglico in *dell*, *hell*, germanico in: *fett*, *Bett*, hungarico in szèl, szèp (ast breviter enunciato).

II. e *apertum* occurrit:

1) in tonicis in sequenti syllaba *e* clausum habentibus, uti:

crede,	credit,	*vede*,	videt,	*perde*,	perdit,
potére,	posse,	*tacére*,	tacere,	*muliére*,	mulier,
parére,	parere,	*pelle*,	pellis,	*stelle*,	stellae,
degíte,	digiti,	*petice*,	frusta,	*lege*,	lex,
sesse,	sex,	*septe*,	septem,	*dece*,	decem,
pesce,	piscis,	*verme*,	vermis,	*cerne*,	cernit etc.

2) in tonicis in sequenti syllaba *o* habentibus, uti:

ecco,	ecce,	*vero*,	verum,	*ergo*,	ergo,
ero, *itero*,	iterum.				

Hic sonus respondet italico *e* in: *breve*, *dovére* (penultimo), francico in: *père*, *mère* (penultimo), anglico in: *let*, *hen*, germanico in: *Henne*, *Sterne*, hungarico in: *szebb*, *mert* (paulo producto).

III. e *clarum* occurrit in tonicis in sequenti syllaba *a* habentibus uti:

cresta,	crista,	*cresca*,	crescat,	*crepa*,	crepat,

fera, fera, *desa*, densa, *judicessa*, judex fem., *canesca*, canina, *tristetia*, tristitia, *viuetia*, vita etc.

ferme ut *a* in:

pera, pirum, *vedia*, videat, *sedia*, sedeat,

plane ut *o* in:

verba, verbum, *verbe*, verba, *retiu*, rete.

Respondet italico *e* in: *primavera* (paullo elevato), genevensi *e* in: *frère*, francico *ai* in: *maître*, germanico *ä* in: *Bär*, *Lärm*, hungarico *e* in: *menni*, *lenni*.

Nonnulli sonum clarum cum aperto eundem esse volunt, ast hic adhuc clarior est gradatio, quam in *a* et *o*, en exempla: *vedu*, *vedi*, *vede*, *veda*, *perdu*, *perdi*, *perde*, *perda*.

IV. e *obtusum* occurrit:

1) in tonicis in sequenti syllaba *u* habentibus, quum geminis consonis non impeditur, uti:

vediu, video, *sediu*, sedeo, *versu*, fundo,
peru, pirus, *seru*, serum lac. *invetiu*, doceo,
ospetiu, hospitium, *seccu*, siccus, *appesu*, deprimo etc.

Caeterum haec regula ad *multa*, non vero ad *omnia* valet, et etiam in his, sine errore potest *e obtusum* uti *clausum* proferri.

2) In plerisque atonis in medio, uti:

cómperu, emo, *númeru*, numerus, *vénetu*, venetus,
úmeru, humerus, *peccátu*, peccatum, *piperátu*, piperatum,
géneru, gener, *fetátu*, foetatus, *seccátu*, siccatus,
responde, responde, *repone*, repone, *servatu*, servatus etc.

3) in monosyllabis: *me*, me, *se*, se, *ve*, vos.

Hic sonus respondet francico oratorio *e* in: *me*, *te*, *se*, *ne*, Germanico atono in: *Messer*, *Leben*, *Verstand*.

V. e *raucum*, occurrit:

1) Ante nasalem *n*, uti:

vena, vena, *ventu*, ventus, *vendu*, vendo,
fenu, foenum, *frenu*, frenum, *senu*, sinus,
juramentu, juramentum, *pauimentu*, pavimentum, *sementia*, sementis,
vestimentu, vestimentum, *braccamentu*, femorum tegumenta, etc.

2) Ante nasalem *m* literis *b* vel *p* prefixam, uti:

tempu, tempus, *stemperu*, tempero, *temple*, tempora,
semplu, simplus, *nembu*, nimbus, *essemplu*, exemplum,
strembu, curvus, *sembulu*, nucleus, etc.

Hic sonus nisi obiter cum francico nasali *ei* in *sein*, conferri potest, et distincte tantum ex auditu percipi potest.

Etiam raucum sonum cum obtuso confundunt, ast observa discrimen in *sementia* inter primum et sequens, tum in *stemperu*.

Nota 1. Auditur ferme ut *i* in ultimis syllabis: *ene*, *eni*, *eme*, *emi*, *ente*, *enti*, *ende*, *endi*, uti:

bene,	bene,	*vene*,	venit,	*veni*,	venis,
mene,	memet, me,	*tene*,	temet, te,	*sene*,	semet, se,
neme,	nemo,	*nemica*,	nihil,	*mente*,	mens,
menti,	mentes,	*vende*,	vendit,	*vendi*,	vendis,
prende,	prehendit,	*prendi*,	prehendis,	*parente*,	parens,
parenti,	parentes,	*vestimente*,	vestimenta,	*monumente*,	monumenta, etc.

2. Effertur pariter ut *i* in: *e*, est, (verbum) uti: *nu e bene*, non est bene, *mi e caldu*, mihi est calidum.

3. Pronunciatur quadam assimilatione vocalis *i* in principio, uti:

erba,	herba,	*eri*,	heri,	*edu*,	hoedus,
equa,	equa,	*ecco*,	ecce,	*esca*,	esca, fomes,
ellu,	ille,	*edera*,	haedera,	*essire*,	exire.

Quod saepe etiam in medio fit, in syllabis tonicis, uti:

petra,	petra,	*perdu*,	perdo,	*lépore*,	lepus,
pectu,	pectus,	*testu*,	testu,	*vero*.	vero.

quasi *piétra*, *pierdu*, *liépore*, *piectu*, *tiestu*, *viero* etc.

4. Auditur ut *a* clarum in principio sequentium:

elígere,	eligere,	*espectare*,	expectare,	*eleuatu (levain)*,	fermentum,
egnariu,	igniarium,	*ericiu*,	ericeus,	*ergatu*,	servus,
erame,	aes, cuprum,	*esta*,	ista,	*ejunu*,	jejunium,

edequo, id est, quae etiam per *a* scribi possunt, nempe: *allegere*, *aspectare*, *alleuatu*, *agnariu*, *ariciu*, *argatu*, *arame*, *ajunu*.

5. Reticetur in: *veteranu* (secundum), veteranus, senex, *velunu*, vel unus, *osseccare*, obsiccare, exsiccare; tum in verborum infinitivo una cum consona *r*, uti: *laudáre*, laudare, *tacére*, tacere, *véndere*, vendere, *sentire*, sentire, etc. dum vero substantiva fiunt rursus pronunciatur, ita: *potere*, potestas, *stare*, statio, *placere*, laetitia, *sentire*, sensus etc. integra audiuntur.

U.

I. u *clarum plenisonum* occurrit:

1) in tonicis, uti:

multe,	multae,	*pruna*,	prunum,	*luna*,	luna,
fuga,	fuga,	*duce*,	ducit,	*nimera*,	numerat,
gusta,	gustat,	*fune*,	funis,	*lucta*,	lucta etc.

2) in medio in atonis, uti:

mutáre,	mutare,	*vultúre*,	vultur,	*mugire*,	mugire,
masculu,	masculus,	*tremula*,	tremit,	*scandula*,	scandula etc.

Hic sonus aequivalet italico *u* in: *duco*, *superbo*, francico *ou* in: *mourire*, *souper*, anglico *o* in: *move*, *prove*, germanico *u* in: *Ruf*, *Huf*, hungarico in: *rut*, *lud*.

II. u *semisonum* occurrit in atonis in fine dictionum, uti:

somnu,	somnus,	*lucru*,	labor,	*acru*,	acer, acidus,
aspru,	asper,	*altru*,	alter,	*capestru*,	capistrum,
vescu,	viscum,	*certu*,	certo,	*cantu*,	canto,
ollariu,	figulus,	*lunaticu*,	lunaticus,	*selvaticu*,	silvaticus etc.

Nota 1. Reticetur in: *murena*, muraena, *supre*, super, *desupre*, desuper, *pesupre*, ultra, *bellua*, bellua.

2. in medio inter duas vocales aut reticetur aut cum sequenti diphthongum impropriam efficit, uti:

boui,	boves,	*viuu*,	vivus,	*oue*,	ovis,
oua,	ova,	*doue*,	duae,	*nbue*,	novem,
ploua,	pluit,	*plouia*,	pluvia,	*leuare*,	levare, sumere,
leuatu,	levatus,	*grauitate*,	gravitas,	*leuitate*,	levitas,
ciuitate,	civitas,	*pauimentu*,	pavimentum,	*pauitu*,	lectus etc.

3. Effertur ut *i* in: *communicare*, communicare, *includere*, includere, *inglutire*, absorbere, *sugglutire* vel *singlutire*, singultire, *descludere* aperire, *computare*, computare, *lumbricu*, lumbricus.

4. Transit nonumquam in *o* tonicum, ast tunc ita etiam scribi oppertet, uti: *scotiu* excutio, elimino, *coliu* culeus, *cobitu* cubitus, *ploua* pluit, *plouia* pluvia, *noru* nurus, *automna* autumnus, *popillu* pupillus, puer.

5. Transit in consonantem in principio ante vocales, et in medio post labiales *r*, *l*, et sequenti figura *v* scribitur, quod suo loco videbimus.

I.

I. i *clarum plenisonum* occurrit in tonicis, uti:

miru,	miror,	*dicu*,	dico,	*vinu*,	vinum,
marítu,	marito,	*vicinu*,	vicinus,	*fugitu*,	fugitus,
perire,	perire,	*petire*,	petere,	*patire*,	pati,
viuu,	vivus,	*ficu*,	ficus,	*ninge*,	ningit,
micu,	parvus,	*cingu*,	cingo,	*dominica*,	dominica etc.

Aequivalet italico *i* in: *amico*, francico in: *ami*, anglico in: *pin*, germanico in: *Sinn*, hungarico in: *szin*.

II. i *semisonum* occurrit in atonis:

1) in fine dictionum uti:

anni,	anni,	*pomi*,	pomi,	*furi*,	fures,

faci,	facis,	*multi*,	multi,	*plangi*,	plangis,
vedi,	vides,	*pasci*,	pascis,	*gusti*,	gustas,
versi,	fundis,	*molli*,	molles,	*albi*,	albi etc.

2) in medio ante vocales, cum quibus diphthongum impropriam efficit, uti:

aria,	area,	*palia*,	palea,	*caprário*,	caprarius,
vinia,	vinea,	*facia*,	facies,	*verdia*,	crambe,
dulcetia,	dulcedo,	*scientia*,	scientia,	*poténtia*,	potentia,
sociu,	socius,	*socia*,	socia,	*societáte*,	societas.

3) in medio inter duas consonas, ubi quasi *e* breve auditur, uti:

úmidu,	humidus,	*límpidu*,	limpidus,	*nétidu*,	nitidus,
férricu,	ferro,	*mánica*,	manica,	*júdica*,	judicat,
cógitu,	cogito,	*dégitu*,	digitus,	*fumigu*,	fumigo,
pantice,	pantex,	*auditoriu*,	auditor,	*vicínu*,	vicinus,

tum in praepositione *in*, et eius compositis, uti:
incépere, incipere, *impungere*, impungere, *immutare*, immutare etc.

Nota 1. Reticetur in: *Dominu* Dominus, *Domina* Domina, *vestimentu* vestimentum, *parsitare* parcere, *morsicare* mordere, *cbllicare* decumbere, *incarricare* onerare, *missicare* movere, *pissicare* vellicare, *incaballicare* equum adscendere, *querícare* quaerere, tentare, *ollicella* ollula.

2. In medio inter duas vocales aut reticetur, aut cum sequenti diphthongum impropriam efficit, uti: *Maiu* Maius, *Troia* Troia, *Aiace* Aiax, *Traianu* Traianus, *traiecere* transire.

3. Effertur ut *u* in: *umbilícu* sive *bilícu* (primum), umbilicus, *implere*, implere, *inflare* inflare, *ostipare* obturare.

4. Transit nonunquam in *e* tonicum, ast tunc ita etiam scribi opportet, uti: *judéciu* judicium, *ospétiu* hospitium, *legu* ligo, *estu* iste, *ellu* ille, *egnariu* igniarium (vide Deriv.)

5. Transit in consonantem in principio dictionum, ante vocales, et sequenti figura *j* scribitur, quod suo loco digeremus.

De Diphthongis.

Diphthongi in genere iisdem legibus parent, quibus vocales simplices, pauca ergo harum exempla absque ulteriori explicatione adferre sufficiat:

auru,	aurum,	*tauru*,	taurus,	*laudamu*,	laudamus,
dau,	do,	*stau*,	sto,	*cautandu*,	quaerendo,
vai,	vae,	*stai*,	stas,	*certai*,	certavi
euru,	eurus,	*meu*,	meus,	*teu*,	tuus,

seu,	suus,	*leu*,	leo,	*reu*,	reus, malus,
mea,	mea,	*tea*,	tua,	*sea*,	sua,
rea,	rea, mala,	*dea*,	det,	*stea*,	stet,
mei,	mei,	*tei*,	tui,	*sei*,	sui,
rei,	rei, mali,	*lei*,	leones,	*trei*,	tres,
noi,	nos,	*voi*,	vos,	*poi*,	post,
filia,	filia,	*bória*,	boreas,	*folia*,	folium,
facia,	facies,	*specia*,	species,	*socia*,	socia,
filiu,	filius,	*sociu*,	socius,	*alliu*,	allium,
pretiosu,	pretiosus,	*potentiosu*,	potens,	*credentiosu*,	credulus,
oua,	ova,	*oue*,	ovis,	*doue*,	duae,
vedua,	vidua,	*vedue*,	viduae,	*veduu*,	viduus,
noua,	nova,	*noue*,	novae,	*nouu*,	novus,
noui,	novi,	*estui*,	istius,	*ellui*,	illius,
plouia,	pluvia,	*gingeua*,	gingiva,	*lessiuia*,	lixivia etc.

Nota. Diphthongus *au* tanquam frequentior, plurimis etiam fatis obnoxia est, in sequentibus auditur ut *u*:

aurecla,	auricula,	*caulecla*,	cauliculus,	*aunuclu*,	avunculus,
auicella,	avicula,	*paucinu*,	paullulum,		

ut *o* in: *cauda* cauda, *caudabatula* motacilla, *claudu* claudus;
tantum *a* in: *auellana* avellana, *auerruncu* averrunco;
nihil in: *automna* autumnus, *automnaticu* autumnalis.

Caeterum suadendum est, ut ubique clare pronuncietur.

Triphthongi propriae non occurrunt, et quae tales apparent, sunt reipsa syllabae separatae; adhuc minus de Tetraphthongis sermo esse potest, quamvis ex *plouia* aliquis ita judicaret; (vide divisionem syllabarum).

III. De Consonantibus.

Consonantes secundum organa et mutuam inter se affinitatem ordinatae sequenti schemate apparent:

V, v,		J, j,
F, f,		H, h,
B, b,	D, d,	G, g,
P, p,	T, t,	C, c, Q, q,
	S, s,	
	R, r,	
	L, l,	
M, m,	N, n,	—

Hae secundum quamvis directionem, verticalem, scilicet, vel horizontalem, sunt inter se affines. Secundum verticalem prima columna exhibitae: v, f, b, p, m, vocantur *labiales;* secundâ: d, t, s, r, l, n, *gutturales;* tertiâ: j, h, g, c, q, *palatinae.* Secundum horizontalem, primo ordine sitae: v, j, *transitivae* dicuntur, quoniam transitum ex vocalibus ad consonantes formant; secundo; f, h, *aspiratae;* tertio: b, d, g, *mediae;* quarto: p, t, c, q, *tenues;* quinto: s, *sibilans;* sexto: r, *ringens;* septimo: l, *lingualis;* octavo: m, n, *nasales.*

Praeterea vocantur: s, r, l, n, m, *semivocales,* et quidem: r, l, n, m, *liquidae,* omnes autem reliquae *mutae* dicuntur.

Omnes Consonantes quascunque vocales ante se habere possunt, et pronunciatio earum eadem manet, et quascunque etiam post se accipere valent, ast tunc pronunciatio communiter variat, cum aliis vero consonantibus non est promiscua copulatio.

Hoc ultimo respectu ordinem indicabimus consonantium.

Consonantes occurrunt:

I. Duplices:

1) mutae cum *liquidis,* tam in principio, quam in medio:

fr,		—
br,	dr,	gr,
pr,	tr,	cr,
fl,		—
bl,		gl,
pl,		cl,

2) sibilans *s,* cum tenuibus tam in principio, quam in medio:

sp,	st,	sc, sq,

3) ringens *r,* cum mutis in medio tantum:

rv,		—
rf,		—
rb,	rd,	rg,
rp,	rt,	rc, rq,

4. lingualis *l,* cum mutis in medio tantum:

lv,		—
lf,		—
lb,	ld,	lg,
lp,	lt,	lc, lq,

5) nasales cum mutis in medio tantum:

nf,		—
mb,	nd,	ng,
mp,	nt,	nc, nq,

6) mutae tenues extremae cum tenui media, in medio tantum.

pt,	ct,

7) duplicatae in compositis tantum:

ff,		—
bb,	dd,	gg,

8) duplicatae tam in compositis quam in simplicibus:

pp,	tt,	cc, cq,
	ss,	
	rr,	
	ll,	
mm,	nn,	—

9) eiusdem generis binae:

mn,	gm,	gn,

10) ringens *r*, cum reliquis semivocalibus: rs, rl, rn, rm, in medio tantum,

11) lingualis *l*, cum sibila *s*: ls, et nasalibus: ln, lm, in medio tantum;

12) nasalis *n* cum sibila *s*: ns, in medio tantum.

II. Triplices occurrunt:

1) sibilans *s*, cum tenuibus post se liquidas habentibus, tam in principio, quam in medio:

spr,	str,	scr,
spl,		scl,

2) ringens *r* cum mutis post se liquidas habentibus, in compositis tantum:

rfr,		—
rbr,	rdr,	rgr,
rpr,	rtr,	rcr,
rfl,		—
rbl,		rgl,
rpl,		rcl,

3) nasales cum mutis post se liquidas habentibus, in medio tantum:

nfr,		—
mbr,	ndr,	ngr,
mpr,	ntr,	ncr,
nfl,		—
mbl,		ngl,
mpl,		ncl,

4) nasales cum tenuibus extremis post se mediam habentibus, in medio tantum:

mpt,	nct;

5) tenues extremae cum media post se ringentem habente, in medio tantum:

ptr,	ctr,

6) duplicatae cum liquidis, in compositis tantum:

ffr,		—
bbr,	ddr,	ggr,
ppr,	ttr,	ccr,
ffl,		—
bbl,		ggl,
ppl,		ccl.

III. Quadruplices occurrunt sequentes, et quidem tantum in compositis:

rspr,	rstr,	rscr,
rspl;		rscl,
nspr,	nstr,	nscr,
nspl,		nscl.

Et talis est ordo consonantium, quem genuina vocabula religiose observant, et quo a peregrinis primo obtutu dignoscuntur.

Caeterum in compositis ex praepositionibus: *es*, *res*, *des*, sibilans *s* admittit post se, in recentioris structurae vocabulis, etiam reliquas consonantes praeter tenues, quas supra indicavimus, et haec est unica abnormitas.

IV. De loco et pronunciatione Consonantium.

Sonum, quem Consonantes in praecipuis Europae linguis communem habent, genuinum appellabimus, absque ulteriore declaratione, eius vero modificationes ulterius cum reliquis linguis maxime notis conferemus.

V.

Est consona transitiva ex vocali *u* nata, quapropter nullas alias consonantes post se patitur, et occurrit in genere tantum in principio vocabulorum ante vocales, et quidem:

I. ante: *a, o, u, e,* ubi genuinum sonum habet, uti:

vacca,	vacca,	*vase,*	vasa,	*valle,*	vallis,
vostru,	vester,	*voliu,*	volo,	*votu,*	votum,
vúlpe,	vulpes,	*vúlture,*	vultur,	*vulnu,*	vulnus,
vede,	videt,	*vendu,*	vendunt,	*venenu,*	venenum etc.

Hic sonus aequivalet italico *v* in: *vado, roi,* francico in: *vouloir, voir,* anglico in: *vast, van,* germanico *w* in; *war, wer,* hungarico *v* in: *vas, vér.*

Nota 1. Ante *i* et *e* assimilatione vocalis *i* praeditum palatinum sonum videtur amplecti in quotidiano sermone, similem germanico *j,* uti:

vinu,	vinum,	*visu,*	visus, somnium,	*vitia,*	vitis,
verme,	vermis,	*vene,*	venit,	*verru,*	verres etc.

ubi tamen in oratoria pronunciatione genuine proferri solet.

2. Reticetur in: *vapore,* vapor (quasi *abor*), *vero,* verum.

II. In medio vocabulorum post liquidas *r, l,* mavult sonum suae affinis *b,* uti:

corvu,	corvus,	*cervu,*	cervus,	*servu,*	servus,
cervice,	cervix,	*curvu,*	curvus,	*serváre,*	servare,
púlvere,	pulvis,	*calvu,*	calvus,	*selváticu,*	silvaticus,
alvina,	apis,	*salvia,*	salvia,	*férvere,*	fervere etc.

Hic sonus aequivalet italico *b* in: *orbo, bulbo,* francico in: *boir, albâtre,* anglico in: *bask, bulbous,* germanico in: *Band, bellen,* hungarico in: *bor, bér.*

Nota 1. Hoc in casu auditur ut *g* germanicum ante *i* et *e* assimilatione *i,* uti:

corvi,	corvi,	*cervi,*	cervi,	*selvi,*	silvae,
servi,	servi,	*ferri,*	ferves,	*alvina,*	apis etc.

sed nihil prohibet, quin in culto sermone genuine pronuncietur.

2. Effertur ut *b* etiam in sequentibus:

Veteranu,	veteranus,	*vervéce,*	vervex,	*vesíca,*	vesica,
vesinu,	peditum,	*svolare,*	volare,	*lingua,*	lingua etc.

III. Reticetur in medio inter duas vocales, aut cum subsequenti diphthongum impropriam efficit, uti: *viua* viva, *noua* nova, *neue* nix, *naue* navis, *noue* novem, *ploui* pluit etc.

Nota. Effertur ut *g* in: *favu* vel *favulu,* favus, *uva,* uva, *uvula, uvulu, struvulu,* uvula, botrus.

F.

I. Est proprie aspiratio, et qua talis tantum in principio ante vocales locum habet, uti:

facu,	facio,	*focu*,	focus, ignis,	*fusu*,	fusus,
ferru,	ferrum,	*fera*,	fera,	*fire*,	fieri etc.

Pronuntiatur ante: *a*, *o*, *u*, *e*, ut *f* italicum in: *fama*, francicum in: *fois*, anglicum in: *fair*, germanicum in: *Faden*, hungaricum in: *fa*.

Ante: *i* et *e* assimilatione i, auditur in quotidiano sermone aliquatenus profundius quam *h* francicum, et ferme ut *j* hispanicum, in *hijo*, *riejo*, vel *χ* graecum in *χειρ*, quod tamen in culto sermone evitatur.

II. Praestat etiam officium consonae aspiratae graecae *φ*, et qua talis fert etiam liquidas post se, et quidem:

1) in principio et medio: *r*, *l*, uti:

frate,	frater,	*frange*,	frangit,	*freca*,	fricat,
flamma,	flamma,	*flore*,	flos,	*fluctulu*,	papilio,
Africa,	Africa,	*aflare*,	invenire (*αλφεῖν*, hallare hisp.)		

2) occurrit in medio post liquidas: r, l, n, uti:

furfure,	furfur,	*sulfure*,	sulfur,	*triunfu*,	triumphus,
inflare,	inflare,	*conflare*,	conflare,	*infigere*,	infigere etc.

3) in medio inter vocales, uti:

scrofa,	scrofa,	*cefa*,	sinciput,	*rufu*,	rufus etc.

Ubique genuine pronunciatur, praeter quam quum occurrit cum vocali *i* vel *e* assimilatione *i*, ubi deinde palatinum mavult sonum, superius indicatum. Hinc etiam in: *fedu* foedus, communiter pronunciatur *hedu*.

B.

I. genuinum habet sonum:

1) in principio ante vocales: *a*, *o*, *u*, *e*, uti:

batere,	batuere,	*baltiu*,	balteus,	*boui*,	boves,
bonu,	bonus,	*bucca*,	bucca,	*buccina*,	buccina etc.

2) in principio ante liquidas: *r*, *l*, uti:

blandu,	blandus,	*braciu*,	brachium,	*bruma*,	bruma, pruina,
bracca,	bracca,	*branca*,	ferarum pes,	*Blasiu*,	Blasius etc.

3) in medio post liquidas: *r*, *l*, *m*, uti:

barba,	barba,	*erba*,	herba,	*albu*,	albus,
orbu,	orbus, coecus,	*árbore*,	arbor,	*plumbu*,	plumbum,
scambare,	cambiare,	*sembulu*,	nucleus,	*columbu*,	columba etc.

4) Etiam tunc, quum his consonis obstricta fuerit, uti: *umbra*, umbra, *amblamu*, ambulamus, *peramblamu*, perambulamus etc.

Hic sonus respondet italico *b*, in: *buono*, *braro*, francico in: *bas*, *blond*, anglico in: *boll*, *brown*, germanico in: *bald*, *Brod*, hungarico in: *bolond*, *barát*.

Nota. Ante vocalem *i* et *e* assimilatione *i*, auditur in quotidiano sermone, quasi *g* germanorum, vel *gue* francorum, ita in:

imbinu,	combino,	*albi*,	albi,	*orbi*,	*orbi*, coeci,
bene,	bene,	*scambi*,	cambias,	*orbescu*,	coecutio etc.

II. in medio vocabulorum

1) inter duas vocales transit in *u*, aut reticetur, uti:

scribere,	scribere,	*bebere*,	bibere,	*debere*,	debere,
subire,	adscendere,	*sebu*,	sebum,	*caballu*,	caballus,
sibilare,	sibilare,	*dabamu*,	dabamus,	*stabati*,	stabatis,
subala,	subalare,	*núbilu*,	nubes,	*sabucu*,	sabucus,
iberna,	hibernum,	*libertare*,	condonare,	*cóbitu*,	cubitus,
nobe,	nobis,	*vobe*,	vobis,	*sibe*,	sibi,
tibe,	tibi,	*mibe*,	mihi,	*scribe*,	scribe etc.

Excipe: *abere* habere, in quo auditur ut *v*, dum est trisyllabon, reticetur vero quam primum disyllabon fit (vide verba), tum futurum verborum, uti: *gustabiu* gustabo, *gustabii* gustabis, *gustabe* gustabit, *gustabimu* gustabimus, *gustabiti* gustabitis, *gustaboru* gustabunt, ubi pariter ut *v* aut etiam ut *u* auditur (vide conjugationes).

2) in medio post vocales, et ante liquidas: *r*, *l*, effertur ut *u*, uti: *fabru*, faber, *stablu*, stabulum, *fabla*, fabula, *subla*, subula, *lubricu*, lubrico, *tenèbricu*, tenebricum, *tenebricosu*, tenebricosus, *intenebricare*, tenebricare, *oblitare*, oblivisci, *cribru* vel *cibru*, cribrum, *cerèbru* vel *crebru*, cerebrum etc.

Ex quibus apparet magna huius literae cum transitiva *v* affinitas, quapropter hoc in casu etiam ita scribi posset.

Nota. Auditur ut *g* in: *nebula* nebula, *uberu* uber, *rubu* rubus; ut *f* in: *corbe* corbis; ut *n* in: *Pronuba* vel *nuba*, *Pronubu* vel *nubu*, testes matrimonii; ut *r* in: *abe* habet, *alibe* alibi, ut *m* in: *abiu* habeo, ut *si* in: *abiu* haberem (vide verba).

P.

Genuinum habet sonum, huncque conservat:

1) in principio ante vocales: *a*, *o*, *u*, *e*, uti:

palma,	palma,	*pace,*	pax,	*parére,*	parere,
portu,	portus,	*pomu,*	pomus,	*potére,*	posse,
puliu,	puteus,	*pesce,*	piscis,	*pere,*	pira etc.

2) in medio inter duas vocales, uti:

capu,	caput,	*ripa,*	ripa,	*lupu,*	lupus,
popa,	popa,	*pipa,*	pipa,	*sapone,*	sapo etc.

3) ante liquidas: *r, l,* in principio et medio, uti:

preda,	preda,	*placére,*	placere,	*plecare,*	plicare,
lepra,	lepra,	*prunu,*	prunus,	*duplicare,*	duplicare etc.

4) ante consonantem *t,* in medio, uti:

ruptu,	ruptus,	*scriptura,*	scriptura,	*raptura,*	raptus etc.

5) post semivocales: *s, r, l, m,* uti:

spica,	spica,	*vespa,*	vespa,	*ospitare,*	hospitare,
serpe,	serpens,	*pulpa,*	pulpa,	*campu,*	campus etc.

Hic sonus respondet italico *p*, in: *pompa, capra,* francico in: *poudre, souper,* anglico in: *pock, cope,* germanico in: *Par, Preis,* hungarico in: *por, aprò.*

Ante vocalem *i* et *e* assimilatione *i*, in quotidiano sermone auditur quasi *k* germanorum vel *que* francorum et *ch* italorum, ita:

lupi,	lupi,	*sapi,*	fodis,	*napi,*	napi,
petra,	petra,	*perde,*	perdit,	*pelle,*	pellis etc.

Vitiose pronunciatur ut *m* in: *pergere* pergere, ut *n* in *nupta* vel *nuptie,* nuptiae, *proptru* propter; ut *c* in: *puratu* purus, *popillu* (primum) pupillus, adolescens.

J.

Est consona transitiva ex vocali *i* nata, quapropter nullas alias consonantes post se patitur, et occurrit tantum in principio vocabulorum, ante vocales, uti:

jocu,	jocus, lusus,	*jugu,*	jugum,	*jurare,*	jurare,
juramentu,	juramentum,	*judice,*	judex,	*judicessa,*	judex faem.
judeciu,	judicium,	*judicare,*	judicare,	*juglare,*	jugulare,
jacere,	jacere,	*jutare,*	juvare,	*adjutare,*	adjuvare,
juuene,	juvenis,	*juuencu,*	juvencus,	*Joue,*	Jupiter,
Juanne,	Joannes,	*Sanctu-Juanne,*	Sanctus Joannes etc.		

Nota. Composita, sua ipsa naturâ, non faciunt exceptionem a generali regula, quapropter: *adjungere* adjungere, adsequi, *conjugare* conjugare, *prejudeciu* prejudicium etc. suum legitimum habent locum.

Respondet hic sonus penitus francico *j* in: *jour, joug*, et hungarico *zs* in: *zsir, zsidò, màzsa*, non vero italico *gi*, aut anglico *j*, adhuc minus germanico *sch* vel *dsch*.

H.

Est aspiratio, sed in genuinis vocabulis nunquam auditur, quapropter absque scrupulis etiam ommisimus, reservatis interjectionibus: *ha, hai, hau, ho, hou, hoi, hu, hui, hi, hia*.

G.

I. geninum sonum habet:

1) ante vocales: *a, o, u*, tam in principio, quam in medio, uti:

gálbinu,	flavus,	*gallu*,	gallus,	*gallína*,	gallina,
gustu,	gustus,	*gútture*,	guttur,	*gutturariu*,	gutturale,
langóre,	languor,	*frígori*,	febres,	*lingula*,	cochlear,
angustu,	angustus,	*rogare*,	rogare,	*legandu*,	ligando,
mulgu,	mulgeo,	*fagu*,	fagus,	*verga*,	virga etc.

2) ante liquidas: *r, l*, tam in principio, quam in medío, uti:

grassu,	pinguis,	*grossu*,	crassus,	*granu*,	granum,
negru,	niger,	*integru*,	integer,	*agru*,	ager,
glacia,	glacies,	*glande*,	glans,	*glomu*,	glomus,
anglu,	angulus,	*ungla*,	ungula,	*cingla*,	cingulus,
inglutire,	inglutire,	*veglare*,	vigilare,	*veglatoriu*,	vigilator, etc.

Nota. Post *g* emollitur *l* apud Aureliani Daciae incolas, et auditur quasi *i* semisonum apud Traiani Daciae incolas (vide *L*).

Hic sonus aequivalet italico *g* in: *gamba, grosso, unghia*, francico in: *goût, aigre*, anglico in: *gad, ground*, germanico in: *Gans, gross*, hungarico in: *fog, gond*.

II. fit sibilans fortior *dsi*, ante: *e, i*, uti:

gemu,	gemo,	*gelu*,	gelu,	*gena*,	gena,
gingeua,	gingiva,	*genu*,	genus,	*geminu*,	geminus,
lege,	lex,	*ninge*,	ningit,	*punge*,	pungit,
sange,	sanguis,	*muge*,	mugit,	*plange*,	plangit,
margine,	margo,	*imagine*,	imago,	*fulígine*,	fuligo,
fugíre,	fugere,	*angelu*,	angelus,	*diregere*,	dirigere etc.

Respondet italico *g* ante: *e, i*, in: *genio, giro*, francico: *dge*, anglico *ge* in: *gentle, gin*, germanico: *dsch*, hungarico *ds* in: *findsa*.

Nota. Ante obtusum *e* vel *i*, in medio auditur tamen ut *g* genuinum, ita: *colligendu, collegitoriu, cingitoriu, diregitoriu*.

III. Profertur ut *m*, ante nasales *n* et *m*, uti:

legnu,	lignum,	*segnu*,	signum,	*degnu*,	dignus,
pugnu,	pugnus,	*pugna*,	pugna,	*pegnu*,	pignus,
cognatu,	cognatus,	*egnarius*,	igniarium,	*agnellu*,	agnus,
agniolu,	agnus bimus,	*fragmentu*,	fragmentum,	*pigmentu*,	pigmentum

etc.

Nota 1. Non auditur in: *lingua* lingua, *ego* ego, *magi* (vel *mai*) magis, *magestru* magister, *quadragesima* quadragesima, *straglu* stragulum, *vagitare* vagire, lamentari.

2. Profertur ut *b* in: *interrogare* interrogare, *interrogatione* interrogatio.

C.

I. genuinum sonum habet:

1) ante vocales: *a, o, u,* tam in principio, quam in medio, uti:

carne,	caro,	*capu*,	caput,	*casiu*,	caseus.
carpinu,	carpinus,	*cornu*,	cornu,	*costa*,	costa.
coma,	coma,	*collu*,	collum,	*commandu*,	mandatum.
cu,	cum,	*currere*,	currere,	*cupa*,	cupa.
curte,	cors, aula,	*curiosu*,	curiosus,	*cucurbita*,	cucurbita.
cacare,	cacare,	*locu*,	locus,	*saccu*,	saccus.
mucosu,	mucosus,	*musca*,	musca,	*mesticare*,	miscere.

2) ante liquidas: *r, l,* tam in principio, quam in medio, uti:

crepare,	crepare,	*cresta*,	crista,	*acru*,	acer.
socru,	socer,	*secretu*,	secretum,	*lucru*,	labor.
claru,	clarus,	*clamare*,	vocare,	*claue*,	clavis.
inclinare,	inclinare,	*includere*,	includere,	*veclu*,	vetus.
peduclu,	pediculus,	*genunclu*,	genu,	*manunclu*,	manubrium.

Nota. Post *c* emollitur *l*, apud Aureliani D. incolas, auditur quasi *i* semisonum apud Traiani D. incol.

Hic sonus aequivalet italico *c* in: *capo, poco, credo, vecchio*, francico in: *casser, sacre*, anglico in: *come, cross*, germanico *k*, in: *kommen, Krug*, hungarico, in: *kor, ikra*.

II. fit sibilans fortior *tsi* ante: *e* et *i*, uti:

cera,	cera,	*cepa*,	cepa,	*cingu*,	cingo,
tacere,	tacere,	*vicinu*,	vicinus,	*cernere*,	cernere.
nuci,	nuces,	*muci*,	muci,	*duci*,	ducis.
pace,	pax,	*sorice*,	sorex,	*sarcina*,	sarcina.
macinare,	machinari,	*pantice*,	pantex,	*forfici*,	forfices.

Hic sonus respondet italico *c* ante *e* et *i*, in; *cera, vicino, pace*,

francico *tch*, in: *Kamtchatka*, anglico *ch*, in: *chair*, *church*, germanico *tsch*, in: *deutsch*, vel *sch*, in: *Wunsch*, *Mensch*, hungarico *cs* vel *ts*, in: *tsep*, *tsuf*.

Nota 1. in: *paucinu*, paucum, *paucilla*, vel *paucila*, pauxillum, auditur ut *ts*.

2. Ante obtusum *e* vel *i*, in medio, auditur ut *t*, ita, *ducendu*, ducendo, *facitoriu* factor etc.

3. Post sibilantem *s*, hoc in casu auditur quasi *t*, ita: *pesce*, piscis, *pesci*, pisces, *crescere*, crescere, *pascere*, pascere, *nascere*, nasci, *connoscere*, cognoscere, *vescidu*, viscidus, *canesce*, canine, *scire*, scire etc.

Tamen non auditur in: *fascia* fascia, *fasciola* fasciola, *infasciolare* fasciis involvere, *prognasciu* vel *nasciu*, patrinus, *prognascia* vel *nascia*, matrina, *micusciolu* minusculus, *marisciolu* maiusculus, *grauisciolu* graviusculus, *leuisciolu* leviusculus, *bonisciolu* meliusculus, *dominisciolu* domicellus, *caballuscellu* equuleus, et aliis similibus diminutivis.

III. fit sibilans lenior *ts*, ante diphthongos: *ia*, *io*, *iu*, *ie*, *ii*, uti:

facia,	facies,	*acia*,	acia, filum,	*socia*,	socia,
sociu,	socius,	*socie*,	sociae,	*socii*,	socii,
glacia,	glacies,	*braciu*,	brachium,	*bracie*,	brachia,
liciu,	licium,	*licie*,	licia,	*micia*,	felis,

carnaciu, carnaceum (farcimen), *gallinaciu* gallinaceum (stercus) etc.

Respondet italico *z* in: *ozio*, *azione*, germanico *z* vel *tz* in: *Zoll*, *Katze*, hungarico *cz* vel *tz* in: *czél*, *rátz*.

Nota. Auditur ut *tsi* in: *urciolu* urceolus, ut *ds* in: *buccia* labium.

IV. Profertur ut *p*, ante *t* in medio, uti:

coctu,	coctus,	*octu*,	octo,	*pectu*,	pectus,
lacte,	lac,	*lucta*,	lucta,	*facta*,	factum, res,
factura,	creatura,	*directu*,	justus,	*directate*,	justicia,
frictu,	assus,	*iniectare*,	iniicere,	*espectare*,	expectare,
franctu,	fractus,	*sanctu*,	sanctus,	*nocte*,	nox etc.

Nota 1. Non pronunciatur in: *vectimare* victimare, laedere, *fuctulu*, papilio, *plecta* plexi capilli, *implectescu* plecto, *graculu* graculus, ficedula, *arrectare* indicare.

2. Non sat clare, sed magis ut *g*, auditur in: *scura* scorium, *caula* caula, foramen, *muculu* oculus, germen, *questicare* quaestum facere, acquirere, *conflare* conflari, tumescere, *cutoniu* cydonius, *cutonia* cydonium, *stanca* (ital. stanca) laeva.

3. propter affinitatem cum *p*, videtur in eandem transire in: *columbu* columbus, columba.

Q.

Haec litera nihil differt a *c*, et magis Orthographiae, quam spe-

cialis alicuius soni indicandi gratia usurpatur. Occurrit semper cum adiuncta sibi vocali *u*, quae tamen non auditur, et nullas consonantes post se patitur, ubique vero uti *c* pronunciatur. Ita:

1) ante vocales: *a, o, u,* servat sonum genuinum, eiusdem *c,* uti:

quandu,	quando,	*quale,*	qualis,	*quomu,*	quomodo,
squama,	squama,	*coquu,*	coquo,	*torquu,*	torqueo, neo;
coquósiu,	gallus,	*quà,*	quam,	*quo,*	quod etc.

2) ante: *e, i,* sibilat fortius, uti:

querere, quaerere, petere, *quercare,* quaerere, tentare, *quinqui,* quinque
quellu, ille, *questu,* iste, *qui, quine,* quis,
que, quid, *quì,* atqui, sed, *torquere,* torquere etc.

3) ante: *ia, io, iu, ie, ii,* sibilat lenius, uti:

laquiu, laqueus, *laquie,* laquei, *laquiatu,* laqueatus etc.

Nota 1. Retinet sonum literae *k* in: *questicare* acquirere; auditur ut *t* in: *inquinare* inquinare, *inquinatu* inquinatus, *quina* coenum.

2. propter affinitatem cum *p*, eodem etiam modo pronunciatur in: *aqua* aqua, *adaquare* adaquare, *equa* equa, *quatru* quatuor, *inquatratu* quadruplum, *quadratu* quadratum, *quadragesima* jejunium quadragesimale.

D.

I. genuinum sonum habet:

1) ante vocales: *a, o, u, e,* tam in principio quam in medio, uti:

datu,	datus,	*damnu,*	damnum,	*dormu,*	dormio,
dosu,	dorsum,	*dulce,*	dulcis,	*duru,*	durus,
dente,	dens,	*degitu,*	digitus,	*deducu,*	deduco,
scaldare,	excaldare,	*inundare,*	inundare,	*sudóre,*	sudor,
fundu,	fundus;	*cada,*	cadus,	*nodu,*	nodus etc.

2) ante *i* atonum, in medio, uti:

pédica,	pedica,	*júdicu,*	judico,	*médicu,*	medicus,
víndicu,	vindico,	*diréctu,*	justus,	*léndini,*	lendes,
crédimu,	credimus,	*pérditi,*	perditis,	*véndimu,*	vendimus etc.

3) ante *r* tam in principio quam in medio, uti:

dracu,	draco,	diabolus,	*dromu,*	dromos,	via,
cedru,	cedrus,		*Codru,*	Codrus,	lucus,
Adria,	Adria,		*quadratu,*	quadratum etc.	

Aequivalet italico *d* in: *modo, duro,* francico in: *dont, vendu,* anglico in: *do, lad,* germanico in: *Dachs, oder,* hungarico in: *domb, mondani.*

II. fit sibilans lenior *ds:*

1) ante *i* clarum plenisonum, uti:

dicu, dico, *di, dia*, dies, *audire*, audire, *orditu*, orsus, *prandimu*, prandemus, *tardiuu*, tardus, (tardivus) *incaldimu*, calefacimus, *inverditu*, viridicatus, *assurditu*, surdus factus etc.

2) ante *i* semisonum finale, aut praefixum vocalibus, cum quibus diphthongum impropriam efficit, uti:

vedi,	vides,	*audi*,	audis,	*edi*,	hoedi,
perdi,	perdis,	*surdi*,	surdi,	*verdi*,	virides,
ímidi,	humidi,	*ráncidi*,	ráncidi,	*nélidi*,	nitidi,
spùdia,	spodium,	*frundia*,	frons-dis,	*verdia*,	viridia, brassica,
mediu,	medium,	*medietate*,	medictas,	*medialina*,	media linea,
mediadi,	meridies,	*medianocte*,	media nox,	*meditulocu*,	medius locus,
assediare,	sedare,	*infrenédiu*,	freno,	*audiu*,	audio,
vediu,	video,	*sediu*,	sedeo,	*cadiu*,	cado etc.

Nota. dum *i* inter duas consonas obtuse pronunciatur, servat *d* sonum genuinum (vide I. 2), *rondinelle* hirundines.

3) ante *e*, assimilatione vocalis *i* praeditum, et quidem:

α) ante syllabas: *ess, esc, est, err, ell*, uti:

ordescu, ordior, *prandescu*, prandeo, *assurdescu*, obsurdesco, *incaldescu*, calefacio, *inverdescu*, viridico, *mucidescu*, mucesco etc.

β) in gerundiis: *vedendu* videndo, *sedendu* sedendo, *cadendu* cadendo, *credendu* credendo.

γ) in sequentibus: *dece* decem, *deu* deus, *dominedeu* dominus deus.

4) in: *spendulare* suspendere, tum in participiis: *cadutu* casus, *credutu* creditus, *sedutu* sessus, *vedutu* visus.

Auditur fortius, quasi *dsi*, in: *diosu* deorsum.

Aequivalet italico *z* in: *mezzo*, *orzo*, francico in: *lizard*, *bizarre*, anglico in: *glaze*, *vizard*, germanico *s* in: *lesen*, *Base*, hungarico *z*, in: *gőz*, *víz*.

Nota. Reticetur tam *d*, quam *g*, in: *quadragesima* quadragesima, tum in terminatione: *itudine*, ubi integra terminatio ut *ime*, quamvis vitiose, profertur, ita: *multitudine* multitudo, *lungitudine* longitudo, *latitudine* latitudo, *altitudine* altitudo, *acritudine* acritudo etc.

T.

I. genuinum sonum habet:

1) ante vocales: *a, o, u, e*, tam in principio, quam in medio, uti: *taurु*, taurus, *tata*, tata, pater, *totu*, totus, omnis,

turturelle,	turtures,	*tèmere,*	timere,	*tortu,*	tortus, filatus,
mortu,	mortuus,	*cantu,*	cantus,	*cápite,*	capita,
potému,	possumus,	*mutamu,*	mutamus,	*capitamu,*	accipimus etc.

2) ante *i* atonum, in medio, uti:

lunaticu,	lunaticus,	*selvaticu,*	silvaticus,	*aquaticu,*	aquaticus,
tramettimu,	mittimus,	*pectinare,*	pectinare,	*vectimare,*	mutilare,
veraticu,	vernus,	*annotinu,*	agnus annotinus etc.		

3) ante *r*, tam in principio, quam in medio, uti:

tragere,	trahere,	*tristu,*	tristis,	*stringere,*	stringere,
putridu,	putridus,	*quatru,*	quatuor,	*nutritu,*	nutritus,
nostru,	noster,	*vostru,*	vester,	*altru,*	alter etc.

Aequivalet italico *t*, in: *tomba, tosto*, francico in: *table, truce, ôter*, anglico in: *top, greater*, germanico in: *taub, Vater*, hungarico in: *tud, ottan.*

II. fit sibilans lenior *ts:*

1) ante *i* clarum plenisonum, uti:

patire,	pati,	*patitu,*	passus,	*patimu,*	patimur,
sentire,	sentire,	*sentitu,*	sensus,	*sentimu,*	sentimus,
suptile,	subtile,	*bebitiuu,*	ebriosus,	*capitina,*	cranium,
petire,	petere,	*petitu,*	petitus,	*petindu,*	petendo etc.

2) ante *i* semisonum finale, aut praefixum vocalibus, cum quibus diphthongum impropriam efficit, uti:

multi,	multi,	*toti,*	omnes,	*sorti,*	sortes,
poti,	potes,	*muti,*	muti,	*denti,*	dentes,
credentia,	fides,	*potentia,*	potentia,	*scientia,*	scientia,
sentiu,	sentio,	*invetiu,*	disco, doceo,	*matiu,*	matium,
vilia,	vitis,	*tilia,*	mamella,	*attitiu,*	accendo etc.

Nota. dum *i* inter consonas abtuse pronunciatur, servat *t* sonum genuinum, uti: *pántice* pantex, *nétidu* nitidus, *septimana* septimana etc. (vide I. 2.)

3) ante *e* assimilatione vocalis *i* praeditum:

α) ante syllabas: *ess, esc, est, err, ell,* uti:

tessu,	texo,	*petescu,*	peto,	*testu,*	testu,
terra,	terra,	*catellu,*	catulus,	*vitellu,*	vitulus,
fratellu,	fratellus,	*intellegu,*	intelligo,	*latescu,*	dilato etc.

β) in sequentibus: *tenere* tenere, *tenu* tenent, *tenému* tenemus, *tegla* tegula, *tramettendu* mittendo.

Aequivalet italico *z*, in: *azione, avezzo*, germanico *z* vel *tz* in: *Zahl, setzen*, hungarico *cz* vel *tz* in: *czél, potz.*

III. fit sibilans fortior *tsi*, ante syllabas: *ios*, *ior*, *iol*, *ion*, uti: *putiosu*, putidus, *potentiosu*, potens, *credentiosu*, fidelis, *petiolu*, petiolus, pes, *fantiolu*, juvenis, *tetione*, titio, *rogatione*, rogatio, *inclinatione*, inclinatio, *intellectione*, intellectio, *plecatione*, demissio, *spurcatione*, imundities, *mutatione*, mutatio etc.

Aequivalet italico *c*, in: *vorace*, *avaraccio*, anglico *ch* in: *much*, *church*, germanico *tsch* in: *deutsch*, *matsch*, hungarico *cs* vel *ts* in *becs*, *tsep*, *tsuf*.

Nota 1. Post *s* hoc in casu retinet *t* sonum genuinum, ita: *gusti* gustas, *tristi* tristes, *Cristianu* Christianus etc.

2. Reticetur in: *pastione* pastio, *ustia* ostium, *vestimentu* vestimentum, *laudasti* laudavisti, *cantasti* cantavisti, *batusti* batuisti, *dussesti* duxisti, *audisti* audiisti, et in omnibus secundis personis, singularis numeri, praeteriti temporis (vide verba).

3. Profertur ut *ds*, in: *urtica* urtica, ut *ci* in: *retiu* rete, non sibilat in: *rotilla* rotula.

4. Transit in *c*, cum poscente flexionis necessitate *l* post se accipere deberet, in: *veclu* vetus, *fisclare* fistulare.

5. Profertur una cum tota terminatione *itudine*, ut *ime*, quamvis non sat recte, uti: *multitudine* multitudo, *altitudine* altitudo, *lungitudine* longitudo, *latitudine* latitudo, *amaritudine* amaritudo etc.

S.

I. genuinum sonum sibilantem leniorem habet:

1) ante vocales: *a*, *o*, *u*, *e*, tam in principio, quam in medio, uti:

saccu,	saccus,	*saltu*,	saltus,	*sáturu*,	saturo,
soru,	soror,	*somnu*,	somnus,	*sociu*,	socius,
sera,	vespera,	*seccu*,	siccus,	*sebu*,	sebum,
sugu,	sugo,	*surdu*,	surdus,	*superu*,	supero,
lassare,	laxare, sinere,	*versare*,	versare,	*mesúra*,	mensura,
tusse,	tussis,	*vase*,	vasa,	*formosu*,	formosus etc.

2) ante *i* atonum in medio, uti:

persica,	persicum,	*asinu*,	asinus,	*tessitoriu*,	textor,
parsitare,	parcere,	*resipire*,	dissipare,	*prensimu*,	prehendimus,
consimu,	consuimus,	*frássinu*,	fraxinus,	*massima*,	maximum etc.

3) ante tenues: *p*, *t*, *c*, *q*, uti:

spica,	spica,	*spuma*,	spuma,	*spurcatu*,	spurius,
statu,	status,	*storquu*,	extorqueo,	*stingu*,	extinguo,
scambu,	cambium,	*scamnu*,	scamnum,	*scala*,	scala,
scribere,	scribere,	*squama*,	squama,	*stringu*,	stringo,

stelle, stellae, *aspru*, asper, *vescu*, viscum, *mostrare*, monstrare, *ustulare*, ustulare, *pastoriu*, pastor etc.

Aequivalet italico *s*, in: *solo*, *vasto*, francico in: *sort*, *chasse*, anglico in: *sap*, *past*, germanico *ss* in: *Gasse*, *Mass*, hungarico *sz* in: *szo*, *vissza*.

II. fit sibilans fortior *sì*:

1) ante *i* clarum plenisonum, uti:

resina,	resina,	*vesina*,	peditum,	*vesica*,	vesica,
sibe,	sibi,	*sibilare*,	sibilare,	*rossine*,	rubor, pudor,
lessiuia,	lixivia,	*essire*,	exire,	*passimu*,	gradimur,
tussitu,	tussitus,	*assi*,	sic,	*passire*,	gradi etc.

2) ante *i* semisonum finale, aut praefixum vocalibus, cum quibus diphthongum impropriam efficit, uti:

ursi,	ursi,	*mulsi*,	mulsi,	*versi*,	fundis,
grossi,	crassi,	*grassi*,	pingues,	*passi*,	passus,
casiu,	caseus,	*rosiu*,	ruber,	*casione*,	occasio,
camésia,	indusium,	*pissiáre*,	meiere,	*ingrassiare*,	saginare etc.

3) ante *e* assimilatione vocalis *i* praeditum, et quidem:

α) ante syllabas: *ess*, *esc*, *est*, *err*, *ell*, uti:

misellu,	miser,	*insellu*,	impono,	*sessu*,	planities,
tussescu,	tussio,	*passescu*,	gradior,	*sestu*,	sessus,
sesse,	sex,	*irrossescu*,	erubesco,	*quersescu*,	mendico etc.

β) tum in sequentibus: *sedu* sedeo, *septe* septem, *servu* servus, *Servanu* Servanus, *serpe* serpens, *desertu* desertus, vacuus; deinde in: *sorice* sorex, mus.

4) ante *c* sibilantem, uti:

pesce,	piscis,	*pesci*,	pisces,	*crescere*,	crescere,
nascere,	nasci,	*pascere*,	pascere,	*descetare*,	excitare,
vescidu,	viscidus,	*scientia*,	scientia,	(vide C. II. Nota 3.)	

5) ante *t* sibilantem, uti:

gusti,	gustas,	*tristi*,	tristes,	*Cristianu*,	Csristianus,
stergu,	abstergo,	*questicare*,	acquirere,	*angusti*,	angusti,
celesti,	coelestes,	etc. (vide T. III. Nota 1.)			

Nota. Tantum *s* fortius sibilans auditur cum suppressione consonarum *c* et *t*, in: *fascia* fascia, *fasciola* fasciola, *leuisciolu* leviusculus, *caballuscellu* equuleus etc. (vide C.) *ustia* ostium, *angustia* angustiae, *pastione* pastio, *vestimentu* vestimentum, *jurasti* jurasti, *seminasti* seminasti, *mutasti* mutasti etc. (vide T.)

Aequivalet italico *sci*, in; *sciagura*, *vascello*, francico *ch*, in: *faché*,

pêche, anglico *sh* in: *shire*, *sharp*, germanico *sch* in: *schön*, *waschen*, hungarico *s* in: *kus*, *vásár*.

R.

Genuinum sonum habet:

1) tam ante quam inter vocales, uti:

raru,	rarus,	*rota*,	rota,	*rumigare*,	ruminare,
reu,	reus, malus,	*risu*,	risus,	*ruptura*,	ruptura,
mare,	mare,	*fera*,	fera,	*vera*,	aestas,
terra,	terra,	*carru*,	currus,	*verru*,	verres etc.

2) post consonas mutas, uti:

braciu,	brachium,	*prandiu*,	prandium,	*frate*,	frater,
grecu,	graecus,	*cruce*,	crux,	*crespu*,	crispus,
dracu,	diabolus,	*trei*,	tres,	*trémulu*,	tremulo etc.

3) ante omnes consonas in medio, uti:

corvu,	corvus,	*forfici*,	forfices,	*turbatu*,	turbatus,
serpe,	serpens,	*surdu*,	surdus,	*scurtu*,	curtus,
versu,	versus,	*urlare*,	ululare,	*cornu*,	cornu,
urma,	vestigium,	*margine*,	margo,	*porcu*,	porcus etc.

Aequivalet italico *r* in: *rosso*, *vero*, francico in: *roux*, *père*, anglico in: *rain*, *more*, germanico in: *rasch*, *bohren*, hungarico in: *rák*, *drul*.

Nota 1. Non auditur α) in: *periu* pereo, *peri* peris, *peria* pereat, tum in: *serenu* serenus, *farrina* farrina, *rore* ros, *morsicare* mordere. β) in verborum infinitivis una cum vocali *e*, uti: *mutare* mutare, *tacére* tacere, *ardere* ardere, *facere* facere, *audire* audire, *sentire* sentire, etc. Ast pronunciatur in substantivis ex verborum infinitivis creatis, uti: *mutare* mutatio, *tacére* silentium, *facere* actio, *placére* laetitia, *audire* auditus etc.

2. Effertur ut *n*, in: *corona* corona, *lubricare* lubricare, labi, *suspirare* suspirare, *mirabile* mirabile, miraculum.

L.

I. genuinum sonum habet:

1) in principio, uti:

largu,	largus,	*lacrima*,	lacrima,	*lápide*,	lapis,
locu,	locus,	*locusta*,	locusta,	*loturi*,	faeces,
lucru,	labor,	*luna*,	luna,	*lumina*,	lumen,
legnu,	lignum,	*legu*,	ligo,	*lege*,	lex,
lingua,	lingua,	*limpidu*,	limpidus,	*lingere*,	lingere etc.

2) in medio ante consonantes, uti:

albu,	albus,	*caldu*,	calidus,	*mulgu*,	mulgeo,
vulpe,	vulpis,	*saltu*,	saltus,	*calcu*,	calco,
mulsu,	mulsus,	*ulna*,	ulna,	*ulmu*,	ulmus,
calle,	callis,	*valle*,	vallis,	*caballu*,	caballus,
molle,	mollis,	*folle*,	follis,	*olle*,	ollae,
pelle,	pellis,	*selle*,	sellae,	*stelle*,	stellae,
satullu,	satullus,	*pulla*,	penis,	*medulla*,	medulla,
popillu,	pupillus,	*popilla*,	pupilla,	*rotilla*,	rotula etc.

3) post consonas: *f*, *b*, *p*, *r*, uti:

flore,	flos,	*floccu*,	floccus,	*sufflare*,	sufflare,
blandu,	blandus,	*place*,	placet,	*plumbu*,	plumbum,
amblare,	ambulare,	*merla*,	merula,	*urlare*,	ululare etc.

Aequivalet italico *l*, in: *latte*, *sale*, francico in: *lait*, *sel*, anglico in: *lay*, *foul*, germanico in: *Loch*, *mahlen*, hungarico in: *látni*, *széles*.

II. emollitur aut reticetur:

1) in medio inter duas vocales, quarum subsequens *i* est, uti:

filia,	filia,	*filiu*,	filius,	*filii*,	filii,
palia,	palea,	*folia*,	folium,	*muliére*,	mulier,
saliu,	salio,	*maliu*,	maleus,	*taliare*,	scindere,
batalia,	pugna,	*coliu*,	culeus,	*teliu*,	tilia etc.

2) etiam si *l* duplicatum fuerit, dummodo *i* sequatur, uti:

molli,	molles,	*folli*,	folles,	*valli*,	valles,
calli,	calles,	*caballi*,	caballi,	*pelli*,	pelles,
satulli,	saturi,	*popilli*,	pupilli,	*vitelli*,	vituli,
catelli,	catulli,	*miselli*,	miselli,	*immolliare*,	emollire,
gallina,	gallina,	*alliu*,	allium,	*pulliu*,	pullus,
elli,	illi,	*quelli*, *aquelli*,	illi etc.		

3) in syllaba *ella*, terminatione faeminina, uti:

porcella,	porcella,	*stella*,	stella,	*sella*,	sella,
catella,	catula,	*massella*,	maxilla,	*vergella*,	virgula,
corella,	lorum,	*margella*,	margarita,	*femella*,	faemella,

nouella, virga viridis, *agnella*, agna, *rondinella*, hirundo, *aquella*, *quella*, *ella*, illa, et horum dativis: *aquellei*, *quellei*, *ellei*, illi, et accusativo abbreviato *la*, illam.

4) in principio sequentium, propter *i* aut *e* eiusdem assimilatione praeditum: *linu* linum, *liciu* licium, *licie* licia, *linia* linea vestis, indusium, *libertare* libertate donare, condonare, *oblitare* obli-

visci, *lépore* lepus, *leuisciolu* leviusculus, *mille* mille, *leuu* levo, *leui* levas, *leua* levat, *leue* levet, ubi deinde auditur dum verbum trisyllabon fit, uti: *leuare* levare, *leuatu* levatus, *leuamu* levamus etc.

5) post consonas: *c*, *g*, uti.

claru,	clarus,	*clamare*,	clamare,	*claue*,	clavis,
oclu,	oculus,	*veclu*,	vetus,	*musclu*,	musculus,
trunclu,	trunculus,	*peduclu*,	pediculus,	*genunclu*,	genu,
renunclu,	ren,	*manunclu*,	manucla,	*auunclu*,	avunculus,
parecla,	par,	*aurecla*,	auris,	*cauleclu*,	cauliculus,
glacia,	glacies,	*glande*,	glans,	*glomu*,	glomus,
ungla,	ungula,	*anglu*,	angulus,	*cingla*,	cingulus,
inglutire,	inglutire,	*sugglutire*,	singultire,	*juglare*,	jugulare,
veglare,	vigilare,	*veglatoriu*,	vigilator etc. (vid. C et G.)		

Hic sonus apud Aureliani Daciae incolas auditur ut italicum *gli* in: *bataglia*, *figlio*, francicum *ille* in: *fille*, *meilleur*, hungaricum *lly* in: *olly*, *melly*; apud Traiani autem D. incolas profertur ut *i* semisonum, vel ut germanicum *j*, vel gallicum *y*.

III. auditur ut *r* inter duas vocales, uti:

palu,	palus,	*sale*,	sal,	*sole*,	sol,
pelu,	pilus,	*filu*,	filum,	*cúlu*,	culus,
salútu,	saluto,	*dolére*,	dolere,	*volére*,	velle,
gula,	gula, os,	*gelu*,	gelu,	*ángelu*,	angelus,
mola,	mola,	*síngulu*,	singulus,	*másculu*,	masculus, sus,
scala,	scala,	*scándula*,	scandula,	*ventulare*,	ventilare,
secilare,	sicilire,	*púlice*,	pulex,	*felíce*,	felix,
petiolu,	petiolus,	*urciólu*,	urceolus,	*fantiolu*,	infantulus,
viola,	viola,	*boléte*,	boletus,	*melu*,	μηλον etc.

Nota 1. Hoc valet etiam quando talia vocabula urgente flexionis necessitate vocalem *i* post *l* accipere debent uti: *pali* pali, *peli* pili, *degeli* congelas, *secàli* secalia, *ángeli* angeli; imo etiam ubi *i* clarum in medio sequitur uti: *felíce* felex, *umbilícu* umbilicus.

2. auditur ut *n* in sequentibus: *semilare*, *assemilare* similare, similis esse, *fuligine* fuligo, *celia* cilium, *supercelia* supercilium, *assemile* similis, *mirabile* mirabile, miraculum.

N.

Genuinum sonum habet:

1) tam ante, quam inter vocales, uti:

nasu,	nasus,	*napu*,	napus,	*natúra*,	natura,

nostru,	noster,	*nodu*,	nodus,	*nome*,	nomen,
numeru,	numerus,	*nuca*,	nux,	*nulla*,	nulla,
nepótu,	nepos,	*ninge*,	ningit,	*neme*,	nemo,
cane,	canis,	*pane*,	panis,	*lana*,	lana,
vena,	vena,	*senu*,	sinus,	*fontana*,	fons,
pruna,	prunum,	*luna*,	luna,	*aduna*,	adunat,
vicinu,	vicinus,	*caminu*,	caminus,	*lumina*,	lumen etc.

2) post consonas: *r, l, m, g,* uti:

tornu,	verto,	*cornu*,	cornu,	*iberna*,	hiems,
ulna,	ulna,	*vulnu*,	vulnus,	*somnu*,	somnus,
automna,	autumnus,	*segnu*,	signum,	*legnu*,	lignum etc.

3) ante consonas: *f, g, c, q, d, t, s,* uti:

inflamma,	inflammat,	*infronta*,	exprobrat,	*confundere*,	confundere,
sange,	sanguis,	*ninge*,	ningit,	*unge*,	ungit,
manzare,	mandere,	*nunqua*,	nunquam,	*atunci*,	tunc,
quandu,	quando,	*cánticu*,	canticum,	*punsu*,	punctus etc.

Aequivalet italico *n*, in: *nome, buone*, francico in: *nom, reine*, anglico in: *now, dun*, germanico in: *nennen, Fahne*, hungarico in: *adlom, menni*.

Nota 1. Non auditur, aut emollitur:

α) in syllabis: *ania, anie, aniu, anii, enia, enie, eniu, enii, onia, onie, oniu, onii, unia, unie, uniu, unii, inia, inie, iniu, inii,* uti:

calcaniu,	calcaneum,	*capitaniu*,	cervical,	*antaniu*,	anticus,
remaniu,	remaneo,	*remani*,	remanes,	*remania*,	remaneat,
teniu,	teneo,	*teni*,	tenes,	*tenia*,	teneat,
veniu,	venio,	*veni*,	venis,	*venia*,	veniat,
vinia,	vinea,	*linia*,	linea,	*cuniu*,	cuneus,
cutoniu,	cydonius,	*cutonia*,	cydonium,	*ronia*,	scabies,
poniu,	pono,	*poni*,	ponis,	*ponia*,	ponat,
strigoniu,	magus,	*strigonia*,	striga,	*cimponia*,	fistula etc.

β) in sequentibus: *granu* granum, triticum, *granuntiu* granum (diminutivum), *frenu* frenum, *branu* (braneum) cingulus, *quantu* quantus, *atantu* tantus, *fantiolu* infantulus, puer, juvenis, tum in articulo *una* una.

γ) in Praepositione *con*, uti: *convenire* convenire, *consocru* consocer, *cónsere* consuere, *constare* constare, vivere, *contale* talis, *contremulu* contremo etc.

δ) in terminatione *itudine*, ubi integra auditur ut *ime*, uti: *multitudine, lungitudine, latitudine, altitudine, acritudine, amaritudine etc.*

2. Effertur ut *r* in: *minutu* minutus, *canutu* canus, *fenestra* fenestra, *ammenitiare* minitari, *nemenui* neminis, *monumentu* monumentum, *cancellu* cancer, spasmus.

3. Auditur ut *diu*, in: *sturnu* sturnus, *mannu* (ultimum) mannus, *pannu* vel *panna* pannus, *pannatúra* strophium, linteolum, (non autem in *pannula* pannus ordinarius); fere ut *rsi* in: *finitu* finis, *finire* finire.

4. Enunciatur ut *m* propter sequens *c*, in: *strinctu* strictus, *sanctu* sanctus, *strinctoria* angustia, tum in *sentire* sentire.

M.

Genuinum sonum habet

1) tam ante, quam inter vocales, uti:

macellu,	macellum,	*macinare*,	molere,	*mesura*,	mensura,
mortu,	mortuus,	*mutu*,	mutus,	*masculu*,	masculus,
ramu,	ramus,	*temu*,	timeo,	*seminu*,	semino,
pomu,	pomus,	*fumu*,	fumus,	*omu*,	homo,

sementia, sementis, *calciamentu*, calceamentum etc.

2) post consonas: *g*, *s*, *r*, *l*, uti:

urma,	vestigium,	*dormu*,	dormio,	*forma*,	forma,
ulmu,	ulmus,	*palma*,	palma,	*fragmentu*,	fragmentum,

baptismu, baptismus, *organismu*, organismus etc.

3) ante consonas: *b*, *p*, *m*, *n*, uti:

plumbu,	plumbum,	*umbra*,	umbra,	*ambla*,	ambulat,
campu,	campus,	*tempu*,	tempus,	*impliu*,	impleo,
commatre,	commater,	*summa*,	summa,	*communica*,	communicat,
somnu,	somnus,	*damnu*,	damnum,	*scamnu*,	scamnum etc.

Hic sonus respondet italico *m*, in: *mano*, *uomo*, francico in: *mort*, *femme*, anglico in: *much*, *fleam*, germanico in: *mehr*, *Name*, hungarico in: *most*, *szem*.

Nota 1. Ante vocalem *i* aut *e* assimilatione vocalis *i* praeditum auditur in quotidiano sermone ut *gne* italorum et francorum et ut *ny* hungarorum, uti: *micu* parvus, *mércuri* Mercurii die, *temi* times, *da-mi* da mihi, *lumina* lucerna etc.

2. Reticetur communiter in praepositione *com* et *circum*, uti: *comprendere* comprehendere, *componere* componere, *circumstantie* circumstantiae, *circumcidere* circumcidere; ast tamen auditur in: *comperare* emere, *computare* computare.

3. Effertur ut *ll* in *fama* fama, vana gloria, tamen non in *famosu* famosus, *diffamare* diffamare.

V. De transitione literarum in alias.

I. Consonantes cum aliis consonantibus, quas ex regula post se habere nequeunt, concurrentes, communiter in illas transeunt, uti: *ap-*

ponere pro *adponere*, adponere, *attingere* pro *adtingere*, attingere, *assudare* pro *adsudare*, adsudare, *occidere* pro *obcidere*, occidere, *collegere* pro *conlegere* colligere, *sufflare* pro *subflare* sufflare, *surrupare* pro *subrupare* subruere, *corregere* pro *conregere* corrigere, *intelligere* pro *interlegere* intelligere, *diffamare* pro *disfamare* diffamare, *effectu* pro *esfectu* effectus, *osservare* pro *observare* observare.

II. Expunguntur etiam praecipue quum *s* praefixum consonis subsequitur, uti: *suscribere* pro *subscribere* subscribere, *asternere* pro *adsternere* adsternere, *ascondere* pro *abscondere* abscondere, *astenentia* pro *abstinentia* abstinentia, *espectare* pro *esspectare* exspectare.

Praeterea notari merentur:

1) *dis* et *es* perdunt *s* ante liquidas: *l, r, m, n,* et medias: *b, g, d,* prout etiam ante transitivas: *j, v,* uti: *dilatare* pro *dislatare* dilatare, *diregere* pro *disregere* dirigere, *dimicare* pro *dismicare* dimicare, *digressione* pro *disgressione* digressio, *dijudicare* pro *disjudicare* dijudicare, *elegere* pro *eslegere* eligere, *enumerare* pro *esnumerare* enumerare, *evolutione* pro *esvolutione* evolutio.

Nota 1. ante *f* duplicationem causant secundum generalem regulam ut *diffamare* pro *disfamare* diffamare, *effectu* pro *esfectu* effectus, *difficile* pro *disficile* difficile.

2. In tardius factis compositionibus plerumque *s* inviolatum relictum est, ita dicitur: *dislegare* dissolvere, *dismodare* nodum solvere, *disfacere* dissolvere; *esmulgere* evellere, *esvolare* auvolare, vel etiam *smulgere, svolare.*

2) *trans* perdit *ns* ante liquidas: *l, r, m, n,* medias: *b, g, d,* et consonas: *j, v,* ita: *tramettere* pro *transmettere, traducere* pro *transducere, tralucire* pro *translucire, tradere* pro *transdere, trabatere* pro *transbatere, traiecere* pro *transiecere, trauiuire* pro *transvivere.*

Nota. In tardius formatis *stra* pro *tra* vel *trans* frequenter occurrit, uti: *stramutare* pro *tramutare* vel *transmutare*, *stracolare* pro *transcolare*, *stralucire* pro *tralucire* vel *translucire*, *strunepoti* pro *transnepoti* pronepotes.

3) *post* ante liquidas transit in *po* aut *poi*, uti: *postmane* in *poimane*, *possedere* loco *postsedere*, *porregere* loco *postregere*.

4) *Con* et *in*, subsequentibus: *p, b,* transeunt in *m*, uti: *impingere* impingere, *imbinare* combinare, *comperare* emere, *combinare* combinare; subsequentibus vero: *l, r, m,* in easdem transeunt secundum regulam generalem, uti: *collegere* colligere, *corregere* corrigere, *commatre* commater; *con* ante vocales perdit syl-

labam *on*, ita: *copperire* cooperire, *cogitare* cogitare, *cuglu* coagulum.

5) *per*, *inter*, *super*, *con*, *in*, *circum*, non expunguntur, subsequente *s* aliis consonis praefixo: *superstitione* superstitio, *constantia* constantia, *circumstantia* circumstantia; tantum in pronunciatione mutilata sunt: *percepere* percipere, quasi *precepere*, *interrogare* interrogare, quasi *intregare* vel *intrebare*, *supercelia* supercilium, quasi *sprincena*, *procedere* procedere, quasi *purcedere*.

6) Inter Praepositiones: *re*, *pro*, *se*, et vocales interiicitur *d*, uti: *redactione* redactio, *rediquare* aequum sistere, elevare, *prodigu* prodigus, *seditione* seditio.

III. Quum nullae aliae consonae praeter: *l*, *r*, *n*, post se patiantur sibilantem *s*, sequitur, quod caeterae consonae, quae poscente flexionis necessitate *s* post se accipere deberent, aut

1) in illam transeant, uti: *scribere* scribere, *scrissei* scripsi, *ducere* ducere, *dussei* duxi, *frigere* frigere, *frissei* frixi, *tragere* trahere, *trassei* traxi, *tramettere* mittere, *tramessu* missus.

2) aut expungantur, praecipue si ipsae aliis subsequantur consonis, uti: *pungere* pungere, *punsei* pupugi, *invincere* vincere, *invinsei* vici, *mulgere* mulgere, *mulsei* mulsi, *occidere* occidere, *occisu* occisus, *ardere* ardere, *arsei* arsi etc.

IV. 1) Quum mediae: *b*, *g*, urgente flexionis necessitate *t* post se accipere deberent, in affines tenues: *p*, *c*, transeunt uti: *scribere* scribere, *scriptura* scriptura, *frigere* frigere, *frictura* frictura, *stringere* stringere, *strinctu* strictus, ita *suptu* supter pro *subtu*, *suptile* subtile.

2) Quum *t* non patiatur *l* post se, transit urgente necessitate in *c*, ita: *veclu* pro *vetlu* vetulus, *fisclare* pro *fistlare* fistulare.

3) Quum: *j*, *v*, tunc tantum consonantes fiant, quando in principio stant adjunctis sibi vocalibus, patet, id fieri non posse, si immediate consonantes sequantur, ita: *volemu* volumus, *velunu*, aliquis, scribi non possunt: *vremu*, *vrunu*, neque *meslocu* pro *mediulocu* medium.

VI. De divisione syllabarum.

Quaevis syllaba sive longa sive brevis, una, aut e duabus vocalibus conflata, sive solitaria, sive consonis conjuncta proprium sonum edit, et in vocabulorum divisione separata scribi potest, uti: *a*, ad, *a-ra* arat, *a-ra-tu* aratus, *a-ra-tu-ra* aratura, aratio.

Vocabula, quae una syllabâ constant vocantur *monosyllaba*, uti: *da* dat, *sta* stat, *noi* nos, *voi* vos, *quo* quod, *tu* tu, *me* me, *te* te, *se* se, *au* aut, *poi* post: quae duabus, dicuntur *disyllaba*, uti: *cal-ca* calcat, *au-de* audit, *di-ce* dicit, *ma-na* manus, *ca-pu* caput, *o-mu* homo, *sor-te* sors; quae tribus, audiunt *trisyllaba*, uti: *lau-da-tu* laudatus, *se-mí-na* seminat, *nu-me-ru* numerus, *ar-gen-tu* argentum, *ve-ni-ro* venerunt; quae quatuor, nominantur *tetrasyllaba*, uti: *nu-me-ra-tu* numeratus, *me-sti-ca-tu* mixtus, *ar-ma-tu-ra* armatura, *ju-ra-men-tu* juramentum; quae quinque, *pentasyllaba*, uti: *se-mi-na-tu-ra* sementis, *in-ve-tia-tu-ra* doctrina, *in-tel-lectio-ne* intellectio, *in-cal-cia-men-tu* calceamentum; quae sex, appellantur *hexasyllaba*, uti: *in-ter-ro-ga-tio-ne* interrogatio; *heptasyllaba*, *octosyllaba*, *enneasyllaba* et *decasyllaba* admodum pauca reperiuntur.

Dividuntur autem syllabae secundum sequentes regulas:

1) Diphthongus simul scribitur, uti: *lau-da* laudat, *tau-ru* taurus, *eu-ru* eurus, *noi* nos, *fa-cia* facies, *ti-tio-ne* titio, *fi-lia* filia, *pe-cu-ra-riu* pecuarius, *ser-va-to-ria* dies festus, *plo-ua* pluit, *no-uu* novus, *in-al-tia-tu* elevatus.

2) Consonans inter duas vocales pertinet ad sequentem, uti: *se-ra* vespera, *ca-sa* casa, *lo-cu* locus, *u-da-tu* udatus, *au-diu* audio, *pe-di-ca* pedica, *ju-di-ca-re* judicare, *fa-ce-re* facere.

3) Duplicatae consonae separantur, uti: *ol-la* olla, *fer-ru* ferrum, *ses-se* sex, *sum-ma* summa, *an-nu* annus, *an-nel-lu* annulus, *vac-ca* vacca, *tra-met-te-re* tramittere, *ap-pe-ra-re* defendere, *col-le-ge-re* colligere, *ab-ba-te-re* diverti *ad-du-ce-re* adducere.

4) Consonantes, quae in principio vocabulorum simul pronunciari possunt, etiam in medio unitae manent, tales sunt: *pl, pr, ol, cr, tr, bl, br, fl, fr, gl, gr, dr, sp, sc, st, spl, spr, scl, scr, str*; uti: *de-ple-nu* plene, *ca-pra* capra, *o-clu* oculus, *a-cru* acer, *la-tra* latrat, *am-bla* ambulat, *um-bra* umbra, *a-fla-re* invenire, *A-fri-ca* Africa, *ne-gru* niger, *an-glu* angulus, *co-dru* lucus, *o-spi-ta-re* hospitare, *au-scul-ta-re* auscultare, *me-sti-ca-tu-ra* mixtio.

5) Consonantes autem, quae in principio simul non reperiuntur,

separantur in medio, uti: *ar-bo-re* arbor, *al-tru* alter, *pran-diu* prandium, *or-diu* hordeum, *vul-tu-re* vultur, *tur-tu-rel-la* turtur.

Excipe: *gn*, *gm*, *mn*, *pt*, *ct*, nam nunquam separantur, uti: *le-gnu* lignum, *se-gnu* signum, *a-gnel-lu* agnus, *fra-gmen-tu* fragmentum, *so-mnu* somnus, *ru-ptu-ra* fractio, *fa-cta* factum, *fri-ctu-ra* assum etc.

6) Composita secundum partes integrantes dividuntur, uti: *ap-po-ne* apponit, *oc-ci-de* occidit, *ad-a-qua-re* potare, *dis-cul-ciu* discalceatus, *dif-fa-ma-re* diffamare, *con-su-tu* consutus, *ob-li-ta-tu* oblitus, *con-so-cru* consocer, *com-ma-tre* commater, *sub-i-re* adscendere, *ad-au-ge* adauget, *ad-u-na* confert, *neg-o-tia-to-riu* negotiator, *in-tel-le-ctio-ne* intellectio, *me-diu-lo-cu* medium, *lu-ce-fe-ru* lucifer, *ab-ie-cta-tu* abjectus, *in-ie-cta-tu-ra* jactantia etc.

7) In compositis interposita consonans priori parti adjungitur, uti: *red-i-qua-tu-ra* elevatio, *prod-i-to-riu* proditor, *sed-i-tio-ne* seditio, *red-a-ctio-ne* redactio etc.

VII. De scribendi ratione.

Vocabula in genere eodem modo scribenda sunt, quo in latino scribuntur, observatis regulis ex genio linguae depromptis et modificationibus quibusdam ex Analogia et Etymologia sumtis. Hae vero tantummodo terminationem dictionum respiciunt, nam ita dictum corpus earundem violare non licet, et ex sequenti enunciatione profluunt:

I. Vocabula omnia in vocales desinunt. *) Quapropter:

1) Illa, quae in latino iam in vocales terminantur, immota manent, uti: *coma* coma, *turma* turma, *bene* bene, *mutare* mutare, *tacere* tacere, *credere* credere, *audire* audire, *pone* pone, *me* me, *dormi* dormi, *eri* heri, *vero* vero, *cornu* cornu, *testu* testu.

Nota. *O* finale communiter transit in *u*, *i* vero in *e*, uti: *octu* octo, *egu* ego, *rogu* rogo, *currendu* currendo, *intru* intro, *pru* pro, *tibe* tibi, *sibe* sibi, *alibe* alibi.

2) Quae vero in consonantes desinunt in eum casum mutantur,

*) Praepositio *in*, tum praeteriti imperfecti et plus quam perfecti temporis tam indicativi, quam conjunctivi modi prima persona singularis numeri exceptionem patiuntur; praeterea particulae: *et*, *ut*, *aut*, in quibus *t* non auditur, quapropter etiam ommitti, et particulae secundum pronunciationem: *è*, *ù*, *àu*, vel *si*, *sù*, *sau*, etiam scribi possunt.

qui in vocales terminatur, qualis in nominibus ablativus est; hinc omnia nomina ex ablativo casu sumuntur, uti: *pace* pax, *fune* funis, *monte* mons, *lepore* lepus, *arbore* arbor, *sudore* sudor, *nocte* nox, *pulice* pulex, *acu* acus, *portu* portus, *carru* carrus, *spiritu* spiritus, *societate* societas, *bonitate* bonitas, *sanitate* sanitas, *margine* margo, *pectine* pecten, *carbone* carbo, *titione* titio, *rogatione* rogatio, *passione* passio, *mutatione* mutatio, *ciuitate* civitas, *virtute* virtus etc.

Nota 1. Etiam hic mutatur *o* finale in *u*, *i* in *e*, uti: *lupu* a *lupo*, *porcu* a *porco*, *Deu* a *Deo*, *tusse* a *tussi*, *secure* a *securi*, *secale* a *secali* etc.

2. Quintae declinationis nomina ablativum in *e* habentia, mutant id in *a*, uti: *facia* a *facie*, *glacia* a *glacie*, *specia* a *specie*, *molletia* a *mollitie* etc.

3. In *men* desinentia neutra abiiciunt *n*, uti: *nome* nomen, *lume* lumen, *carme* carmen, *culme* culmen, *seme* semen etc.

4. Nomina in *us* desinentia tertiae declinationis neutrius generis tantummodo *s* abiiciunt, uti: *tempu* tempus, *pectu* pectus, *corpu* corpus etc.

Quibus Nota 1. nimis mediata videtur, illi hanc ultimam etiam ad reliqua extendere possunt, et sic hac in re acquiescere.

5. In *ma* graeca invariata manent, uti: *tema* thema, *diadema* diadema, *stemma* stemma, *dilemma* dilemma, *teorema* theorema etc.

6. Quaedam nomina modo sibi proprio formantur, uti: *omu* homo, *capu* caput, *vasu* vas, *ossu* os, quae in decursu operis sensim videbimus.

3) vel vero consonantes simpliciter abjiciunt, uti: *fa* fac, *du* duc, *di* dic, *a* ad, *sí*, *assí* sic, *nu* non, *su* sub, *cu* cum, *septe* septem, *dece* decem, *noue* novem, *au* aut, *e* est, *audi* audis, *perdi* perdis, *veniti* venitis, *plangimu* plangimus, *sede* sedet, *tace* tacet *su* sum, sunt, *porta* portat, *vendu* vendunt (vide conjugationem).

Nota. Monosyllaba in *s* desinentia mutant id in *i*, uti: *dai* das, *stai* stas, *trei* tres, *noi* nos, *voi* vos, *poi* post; sic etiam *erai* eras (vide conjugationem).

4) vel si liquidae fuerint, eas ita transmutant ut vocabulum in vocalem desinat, uti: *pre* per, *intre* inter, *supre* super, *sempre* semper, *quatru* quatuor, *socru* socer, *suptru* vel *suptu* subter.

5) vel illis vocales addunt, praecipue *i* vel *e*, uti: *sesse* sex, *ici* hic, *neci* nec, *atunci* tunc, *anunci* nunc.

Reliquae vero admodum paucae observationes in decursu operis sponte sua prodentur, praecipue in variatione tum nominum tum verborum, deinde vel maxime in derivatione, ubi fusius agemus.

II. Corpus vocabulorum etiam cum detrimento pronunciationis illaesum reliquendum est, paucae licentiae quae tamen fieri consuevere sunt:

1) vocales *i* et *u*, in syllabis: *cul*, *gul*, *pul*, *bul*, communiter expunguntur in trisyllabis aut longioribus, uti: *oclu* oculus, *anglu* angulus, *poplu* populus, *amblare* ambulare, *tabla* tabula, *subla* subula, *radicla* radicula, *ungla* ungula, *manunclu* manucula, *peduclu* pediculus; sic etiam: *veglare* vigilare.

2) *e* ante vocales in polysyllabis transit in *i*, uti: *sediu* sedeo, *vediu* video, *putiu* puteus, *calcaniu* calcaneum, *palia* palea, *maliu* maleus, *carnaciu* carnaceum, farcimen, *vinia* vinea, *remaniu* remaneo, *boria* boreas, *cuniu* cuneus, *coliu* culeus etc.

3) *i* (metrice plerumque breve) transit in *e* tonicum in terminatione: *ecia*, *etia*, *eciu*, *etiu*, uti: *tristetia* tristitia, *judeciu* judicium, *ospetiu* hospitium, *nutretiu* nutritium, *molletia* mollities, *dulçetia* dulcedo, *amicetia* amicitia, *viuetia* vita; tum in *capestru* capistrum, *magestru* magister, *vediu* video, *legu* ligo, *legnu* lignum, *segnu* signum, *egnariu* igniarium, *ellu* ille, *estu* iste, *ensu* ipse, *plecu* plico, *pelu* pilus, *peru* pirus, *pesce* piscis, *secou* siccus; et quaedam alia in decursu operis observanda.

4) *u* (metrice plerumque breve) transit in *o* tonicum in: *cobitu* cubitus, *coliu* culeus, *scotiu* excutio, educo, *popillu* pupillus, *noru* nurus, *ploua* pluit, *plouia* pluvia, *doue* duae, *doi* vel *doui* duo, *mondu* mundus, *rondinella* hirundo, *automna* autumnus.

5) Diphthongi latinae: *ae*, *oe*, per *e* redduntur, uti: *cepa* caepa, *celu* coelum, *cena* coena, *edu* hoedus, *murena* muraena etc.

III. Consonae nulli perturbationi obnoxiae sunt. Hinc

1) non licet eas permutare ut dicatur: *plopu* pro *poplu* populus, *clinga* pro *cingla* cingulus, *clagu* pro *caglu* coagulum, *gelescu* pro *lugescu* lugeo, *diarescu* pro *radiescu* per radium cerno, cerno, *cracu* pro *crure* crus, *curcubita* pro *cucurbita*, *frumosu* pro *formosu*, *plumoni* pro *pulmoni*, *graire* pro *garrire*.

2) neque aliis inserere, uti: *modru* pro *modu* modus, *mondru* pro *mondu* mundus, superbus, *canuntu* vel *caruntu* pro *canulu* canutus, *minuntu* vel *meruntu* pro *minutu* minutus, *ammenintiare* vel *ammerintiare* pro *ammenitiare* minari vel minitari, *copsa* pro *cossa* coxa.

3) neque abjicere syllabas; uti: *tomna* pro *automna* autumnus, *erna* pro *iberna* hiems, *unclu* pro *auunclu* avunculus, *uitare* pro *intuitare* intueri et pro *oblitare* oblivisci, *tiolicu* pro *petiolicu* tibiale

femorale, *uxciolu* pro *lenisciolu* leviusculus, levis, *nubu* pro *prouubu* testis matrimonii, *nasciu* pro *prognasciu* testis baptismi, *blamu* pro *amblamu* ambulemus, *camus*, *deliu* pro *cordoliu* cordolium, *urecla* pro *aureola* auricula, *allana* pro *auellana* avellana, *tiolu* vel *tiolla* pro *lentiolu* linteolum, lodex, *ascultare* pro *auscultare*, *picu* pro *paucu*, *pucinu* pro *paucinu*, *quatu* pro *quantu*, *tatu* pro *tantu*, *fetiolu* pro *fantiolu* infantulus, juvenis, adolescens.

Quamquam secus nimis concurrentes consonae expungi solent, uti: *mesa* pro *mensa*, *mesura* pro *mensura*, *desu* pro *densu*, *dosu* pro *dorsu*.

Quum literae: H, Ph, Ch, Th, Ps, X, Z, Y, K, W, apud Romanos non occurrant, sequitur in vocabulis peregrinis, aliis supplieri debere; H quidem ubique directe ommittitur et scribitur *omu* pro *homu*, *abere* pro *habere*, *erba* pro *herba*, *ospite* pro *hospite*, *umeru* pro *humeru*; hinc:

1. Ph perdit h et simpliciter scribitur, uti: *purpura* pro *porphyra*, *spera* pro *sphaera*, *Bosporu* pro *Bosphoru*; aut redditur per aspiratam *f*, uti: *Filosofia* pro *Philosophia*, *Fidia* pro *Phidia*, *Filippu* pro *Philippu*, *eufonia* pro *euphonia*.

2. Ch perdit h, et simpliciter scribitur, uti: *Cristianu* pro *christianu*, *bracia* pro *brachia*, *Caldea* pro *Chaldea*, *corda* pro *chorda*, *carte* pro *charte*.

3. Th pariter perdit h, et simpliciter scribitur, uti: *spata* pro *spatha*, *teca* pro *theca*, *Teologia* pro *Theologia*, *teatru* pro *theatru*, *temeliu* pro *themeliu*.

Ps, X, Z, in principio et in medio post alias consonas per simplex *s* redduntur, uti: *Serse* pro *Xerxe*, *Salmu* pro *Psalmu*, *sapa* pro *zapa*, *punse* pro *punxe*, *stinse* pro *stinxe*, *unse* pro *unxe*; inter vocales autem per duplex *s* redduntur, uti: *dusse* pro *duxe* duxit, *disse* pro *dixe* dixit, *scrisse* pro *scripse* scripsit, *Alessandru* pro *Alexandru*, *cossa* (non *copsa*) pro *coxa*.

Y praecipue per *u* redditur, uti: *Sullu* pro *Sylla*, *purpura* pro *porphyra*, *marture* pro *martyre*, *cutoniu* pro *cydoniu*, *pergiuru* pro *pergyru*; in recentioribus etiam per *i*, quamvis non satis recte, ita *Ulisse* pro *Ulysse*, *Fisica* pro *Physica*, *dinamica* pro *dynamica*. Caeterum in nominibus scientias significantibus consultius foret, graeca nomina eodem modo scribere, quo latini solent, scilicet: *Physica*, *Chymia*, *Physiographia*, *Zoologia*, *Catechismu*, *Psychologia etc.*

K ubique per *c* redditur uti: *Cali* pro *Kali*, *Crimea* pro *Krimea*.

W per simplex *v*, uti: *Vienna* pro *Wienna*, *Varsavia* pro *Warschovia*.

Nomina propria peregrinorum quae non sunt latinizata eodem modo scribuntur, quo ipsi peregrini solent, ita: *Leibnitz*, *Wieland*, *Newton*, *Swift*, *Boerhave*, *Voltaire*, *Shakspeare*, *Rousseau*, *Sheridan*, *Washington*, *Burke*, *O'Connel*, *Corneille*, *Camões*, *Cervantes*.

Maiusculis literis eodem modo utendum, quo in latino id fieri solet, scilicet: 1) in nominibus propriis Deorum, hominum, natio-

nam, regionum, urbium, fluviorum, montium, planetarum, mensium, dierum, scientiarum, artium, uti: *Marcu, Antoniu, Joue, Venere, Romani, Franci, Germania, Roma, Remu, Carpati, Luna, Augustu, Dominica, Matematica, Pictura, Sculptura, Musica* etc.

2) in vocabulis dignitatem aut munus significantibus, uti: *Imperatòriu* Imperator, *Consiliariu* Consiliarius, *Magestratu* Magistratus, *Prefectura* Praefectura.

3) In principio cuiusvis propositionis, versus, et post punctum.

Interpunctiones sunt eaedem quae in latino, scilicet .) Punctum :) colon ;) semicolon ,) comma ?) signum interrogations !) exclamationis, tum ') Apostrophus ··) Diaeresis -) signum separationis; et eodem modo iisdemque locis adhibentur, prout in latino, nisi quod comma ante relativa: *qui, que*, et conjunctionem: *quo*, non ubique ponatur.

VIII. De Accentu.

Accentus alius est syllabarum, alius dictionum, alius sententiarum, uti; *nu scii que dici*, non scis, quid dicis; hic antecedens sententia accentum habet; *ninge forte*, ningit valde; hic posterior dictio est accentu instructa; *ŏmini*, prima syllaba. Hic tantum de accentu syllabarum agemus, et quidem considerabimus vocabula absque omni variatione, nomina in nominativo singularis numeri, verba in praesenti tempore, prima persona singularis numeri, additis tamen quibusdam notis de flexione et derivatione.

Syllabae accentu instructae etiam simpliciter *longae* appellantur, quamvis accentu destitutae non semper positione *breves* sint in latino, quapropter maluimus illas *tonicas*, has vero *atonas* vocare, ut omnem ambiguitatem evitemus.

Hinc praevie notandum, quod accentus cum quantitate non sit confundendus, et quod hic tantum de accentu prosaico latino sit sermo, qui accurate in lingua Romana observatur. Sunt vero accentus duo: ') *gravis*, et ') *acutus*, praeterea ^) *circumflexus*, qui potius signum contractivum est. Gravis usurpatur in polysyllabis in *i*, vel *u*, desinentibus supra penultimam, ad designandam vocis elevationem, et communiter in polysyllabis supra ultimam, ad indicandam eam tonicam esse; tum in monosyllabis ad distinctionem faciendam. Acutus usurpatur in polysyllabis, et in disyllabis in: *a, e, o*, desinentibus, ad indicandum tonum et simul vocis modificationem. Cir-

cumflexus vero tantum ad syllabarum contractionem indicandam usurpatur, prouti in verbis videbimus. Caeterum monosyllaba et disyllaba, quorum accentus penultimam occupat, non semper notantur, nos vero in hoc opere, ubicunque operae pretium existimabimus, non negligemus.

Praeterea de accentu sequentia notanda:

1) Diphthongi propriae supra antecedentem vocalem habent accentum, uti: *dau* do, *stau* sto, *meu* meus, *noi* nos, *euru* eurus, *tauru* taurus.

2) impropriae vero supra subsequentem, uti: *titione* titio, *incalciatu* calceatus, *urciolu* urceolus, *pastione* pastio etc.

3) Monosyllaba accentu praedita sunt, nisi fuerint enclitica, uti: *fa* fac, *da* da, *di* dic, *du* duc, *noi* nos, *voi* vos, *trei* tres etc. in scriptura vero non notantur, nisi ad distinctionem faciendam.

4) Polysyllaba, quorum penultima geminis consonantibus praefixa est, in genere supra penultimam habent accentum, uti: *arma* arma, *capestru* capistrum, *vestimentu* vestimentum.

5) Disyllaba in genere supra penultimam habent accentum, uti: *prunu* prunus, *pace* pax, *fumu* fumus, *mutu* mutus, *tacu* taceo, *lupa* lupa, *tempu* tempus, *pectu* pectus, *mesa* mensa, *sediu* sedeo etc. nec haec solent in scribendo notari propter universalem regulae veritatem.

6) Trisyllaba primitiva supra antepenultimam solent habere accentum, uti: *númeru* numerus, *séminu* semino, *púlice* pulex, *sécilu* sicilio, *pérsica* persica, *ómini* homines, *cápite* capita, *péctori* pectora, *árbori* arbores, *júdicu* judico, *cógitu* cogito, *úmidu* humidus, *fácere* facere, *pónere* ponere; nec haec solent in scribendo notari.

Exceptionem faciunt ex 4., 5. et 6. verba in praeterito perfecto indicativi et imperfecto conjunctivi, ubi accentus ultimam syllabam occupat: uti: *cantài* cantavi, *cantà* cantavit, *perdù* perdidit, *sentì* sensit, *laudàì* laudavi, *laudà* laudavit, *tacù* tacuit, *batù* batuit, *audì* audivit, *numerà* numeravit, *judicà* judicavit, *seminà* seminavit, *cogità* cogitavit etc. tum reliquae terminationes verborum et praecipue derivata, quae communiter accentum supra penultimam syllabam poscunt, uti: *laudàmu* laudamus, *vedèmu* videmus, *perìmu* perimus, *fugìmu* fugimus, *mutàtu* mutatus, *placùtu* placitus, *vendùtu* venditus, *imparìtu* partitus. Haec omnia ad probe dignoscenda a superioribus, accentu ubique notabimus, uberius vero in conjugatione et derivatione disquirentur.

7) Tetrasyllaba, Pentasyllaba et Hexasyllaba cum aut derivata aut composita sint, tum a flexionis aut derivationis terminatione,

tum vero a partibus, quibus constant dependeant, pro harum ratione accentum habent supra antepenultimam, uti: *selváticu* silvaticus, aut penultimam, uti: *juramèntu* juramentum, aut ultimam, uti: *communicá* communicavit.

8) Composita habent communiter accentum supra radicem principalem, uti: *compréndere* comprehendere, *percépere* percipere, *procédere* procedere, *adáqua* potat, *adúna* congregat, *collégere* colligere, *intellègu* intelligo, *interrògu* interrogo. — Supra praepositiones occurrunt: *cómperu* emo, *ápperu* defendo, *imperu* impero, *cópperiu* coopperio, *cònsu* consuo, *cónsocru* consocer, *cómputu* computo, *cómmetu* audeo, *súpperu* offendo.

9) Enclitica non habent accentum, talia sunt Pronomina: *mi* mihi, *ti* tibi, *si* sibi, *li* illi, *ni* nobis, *vi* vobis, *le* illis, *me* me, *te* te, *se* se, *ne* nos, *ve* vos, *li* illos, *le* illas, *lu* illum, *la* illam, et Verbum auxiliare *su* sum, sunt, *e* est, uti: *da-mi*, da mihi, *nu-ti da*, non tibi dat, *se cade*, opportet, *me vede*, me videt, *rogu-te*, rogo te, *dandu-mi-lu*, dando mihi id, *dandu-vi-lu*, dando vobis id, *nu e bene*, non est bene, *nu su singulu*, non sum solus, *spone-le quo nu su a casa*, dic illis quod non sim domi. Efficiunt vero enclitica, ut vocales praecedentes semisonae, fiant plenisonae, uti: *egu su*, ego sum, *ellu e*, ille est, *elli su*, illi sunt, *vedi-lu*, vides illum, *rogu-te*, rogo te, *audindu-lu* audiendo illum; imo si bina sequantur, ipsa praecedentia plenisona redduntur, uti: *da-mi-lu*, da mihi illud, *nu-ti-lu da*, non tibi illud dat, *nu ni-la face*, non nobis illam facit, *nu vi-le vende*, non vobis illas vendit.

Propter accentus defectum, dum ipsa enclitica sententiam incipiunt, quadam auxiliari vocali, *e* rauca praeposta sibi, efferri coguntur, uti: *mi dice*, dicit mihi, *su sanitosu*, sum sanus, *e maritata*, est nupta.

10) In constructione vero: Articulus, Pronomina possessiva et demonstrativa, Adverbia et Praepositiones simplices, tum Verba auxiliaria non habent accentum, uti: *lupu-lu* lupus, *lupu-lui* lupo, *lupi-li* lupi, *cu lupi-li*, cum lupis, *denti-li lupi-loru*, dentes luporum, *frate meu*, frater meus, *parenti mei*, parentes mei, *in casa*, in domo, *su mesa*, sub mensa, *pre calle*, per viam, *nu lu connoscimu*, non cognoscimus illum, *eri abemu cenatu cu trei negoliatorii*, heri coenavimus cum tribus negotiatoribus.

Etiam hae dictiones reddunt praecedentes vocales plenisonas, praecipue Articulus et Pronomina, uti: *omini-li* homines, *campu-lu* campu, *frati mei* fratres mei, *soru mea* soror mea.

Hanc ob causam solent multi enclitica, et ita articulum, etiam praecedentibus vocabulis signo separationis -) aut plane simpliciter alligare, quamvis nulla cogantur necessitate; sed insuper vocabula confundant et sensum obscurum reddant, analysimque difficilem faciant. Nos in decursu operis, separatim omnia producemus, aut ubi consultius fore putabimus, separationis signum interponemus.

De accentu adhuc notari meretur, quod sicut vocales subsequentes pronunciationem praecedentium mutare soleant, et immutatis illis, tota pronunciatio mutari oportet, ita immutato accentu pronunciatio non tantum illius vocalis, supra quam accentus quiescit, sed neqnidem reliquorum eadem manere potest, uti: *vedíu* video (*e* est obtusum), *vedí* videa (clausum), *vede* videt (apertum), *védia* videat (clarum), *vedendu* videndo (iterum obtusum), *calcu* calco (*a* est clausum), *calca* calcat (clarum primum, secundum obtusum), *calcandu* calcando (primum obtusum, secundum vero raucum), *calcàtu* (primum obtusum secundum clausum, *u* vero semisonum), *calcatúra* (primum et secundum et ultimum obtusum, *u* autem clarum plenisonum), *jocu* jocor, ludo (*o* est clausum), *jóce* ludat (apertum), *jóca* ludit (clarum), *jocàtu* lusus (effertur ut *u*, *a* vero est clausum), *jocatòriu* lusorius (primum *o* ut *u*, secundum est clausum, a vero obtusum), *jocatoria* lusoria (nunc secundum *o* est clarum), *porcu* porcus (est *o* clausum), *porcèllu* porcellus (factum est *u*, *e* vero clausum), *porcélla* porcella (*o* mansit *u*, *e* vero clarum factum est), *Dominu* Dominus (*o* est clausum, *i* fere mutum), *Dominica* dominica (*o* factum est *u*, *i* primum clarum plenisonum, secundum obscurum semisonum), et plura alia ex ore Magistri discenda.

SECTIO SECUNDA.

ANALYSIS VERBALIS.

Analysis verbalis aut vocabulorum sive dictionum *Variationem* seu *Flexionem* investigat, aut *Derivationem* earum explicat, aut denique *Compositionem* earundem docet; de singulis, facta dictionum divisione, ordine agemus.

Dictiones sermonem constituentes vel ad integrum propositionum sensum reddendum per se aptae sunt, vel vero ad alias arctius conjugendas, aut earum sensum propius determinandum serviunt, quarum illae *Primariae*, hae vero *Secunduriae* appellari possunt.

DE PRIMARIIS DICTIONIBUS.

Dictiones primariae, seu partes orationis cardinales, vel ipsa objecta, cum eorum notis, vel objectorum statum exprimunt, quapropter in duas classes abeunt, quarum illas *Denominationes*, has vero *Praedicationes* vocabimus.

DENOMINATIONES.

Denominationes pariter, aliae objecta ipsa, vel objectorum notas, absolute denotant, aliae vero nisi secundum relationes, in quibus loquens, sibi talia objecta respectu sui repraesentat, exprimunt. Superiores *Nomina*, inferiores *Pronomina* dicuntur.

DE NOMINIBUS.

Nomina aut objecta per se subsistentia, aut tantum notas certis objectis convenientes indicant; illa vocantur nomina *Substantiva*, haec vero *Adiectiva*.

DE NOMINIBUS SUBSTANTIVIS.

I. De speciebus Substantivorum.

Nomina Substantiva sive sunt denominationes rerum aut individuorum in natura revera existentium, sive certarum representationum, quae tantummodo cogitari possunt tamquam objecta re ipsa existentia; illa dicuntur *Concreta*, haec autem *Abstracta*.

A) Nomina Substantiva concreta, aut objectum simplex, vel individuum qua unicum existens, absque ulteriori extensione denotant, aut integram classem individuorum plura signa communia habentium designant; priora audiunt nomina *Propria*, posteriora nomina *Communia* sive *Appellativa*.

I. Nomina *Propria* alia sunt personarum, uti: *Marcu* Marcus, *Petru* Petrus, *Antoniu* Antonius, *Aurelianu* Aurelianus, *Justiniamu* Justinianus; alia Deorum, uti: *Joue* Jupiter, *Mercuriu* Mercurius, *Venere* Venus, *Vesta* Vesta; alia regionum, uti: *India*, *Persia*, *Dacia*, *Germania*, *Sicilia*, *Retia*; alia civitatum, uti:

Roma, *Ulpia*, *Florentia*, *Parisi*, *Clusiu*; alia marium, uti: *Adria*, *Pontu*, *Bosporu*, *Mediterrania*, mare mediterraneum; alia fluviorum, uti: *Renu* Rhenus, *Istru* Ister, *Tagu* Tagus, *Ebru* Iberus; alia montium, uti: *Apennini*, *Carpati*, *Emu* Haemus, *Tauru* Taurus; alia mensium, uti: *Januariu*, *Februariu*, *Martiu*, *Aprile*, *Maiu*, *Juniu*, *Juliu*; alia dierum, uti: *Lunia*, *Martia*, *Mercuriu*, *Jouia*, *Veneria*, *Saturnia*; alia festorum, uti: *Rosalia*, *Floralia*, *Bacchanalia*, *Pasci*; alia planetarum, uti: *Uranu*, *Cerere*, *Pallade*, *Luna*, *Luceferu*, *Sole*; alia diverserum operum artificum, uti: *Iliade* Ilias, *Odussea* Odyssea, *Eneide* Aeneis.

II. Nomina *Appellativa* aut classem individuorum plura signa communia habentium absolute indicant, aut ulteriorem abstractionem praesupponunt, priora sensu stricto *Appellativa* dicuntur, uti sunt: *omu* homo, *arbore* arbor, *mana* manus, *casu* domus, *campu* campus, *vulpe* vulpes, *riusu* rivus; posteriora vero audiunt vel 1) *Collectiva*, quae plura individua eiusdem generis, tamquam totum, designant, uti: *ciuitate* civitas, *turma* turma, *armata* exercitus, *natione* natio, *familia* familia, *cumulu* cumulus, *societate* societas; vel 2) *Materialia*, quae non individua, sed materiam indeterminatae quantitatis denotant, uti: *auru* aurum, *argentu* argentum, *plumbu* plumbum, *ferru* ferrum, *legnu* lignum, *petru* lapis, *aera* aera, *sange* sanguis, *aqua* aqua, *vinu* vinum.

B) Nomina Substantiva abstracta sunt talia, quae objecta unice in nostra repraesentatione existentia, nimirum proprietates rerum, existentiam, durationem, actionem vel passionem, tanquam aliquid revera existens indicant, uti: *bonitate* bonitas, *directate* justitia, *sanitate* sanitas, *teneritia* puericia, juventus, *tempu* tempus, *spatiu* spatium, *rogatione* rogatio, oratio, *intellectione* intellectus, *viuetiu* vivendi modus, vita, *tristetia* tristitia, *virtute* virtus, *scientia* scientia, *credentia* fides, *patientia* patientia, *formosetia* pulchritudo.

II. De genere Substantivorum.

Genera sunt duo, *masculinum* scilicet et *foemininum*.

A) Ratione significatus Nomina Substantiva sunt:

I. Masculina, quae viros, aut munera sive occupationes viris solummodo destinates, denotant, tum nomina populorum, animalium masculorum, ventorum, mensium, multorumque montium, fluviorum

et arborum, uti: *Saturnu* Saturnus, *Joue* Jupiter, *Marcu* Marcus, *Aprianu* Aprianus, *frate* frater, *negotiatoriu* negotiator, *molariu* moliter, *imperatoriu* imperator, *Romanu* Romanus, *Francu* Francus, *Gotu* Gothus, *Sarmata* Sarmata, *Grecu* Graecus, *Germanu* Germanus, *Anglu* Anglus, *tauru* taurus, *caballu* caballus, *verru* verres, *vervece* vervex, *euru* eurus, *austru* auster, *Maiu* Maius, *Juniu* Junius, *Juliu* Julius, *Augustu* Augustus, *Olumpu* Olympus, *Emu* Haemus, *Carpatu* Carpathus, *Danubiu* Danubius, *Renu* Rhenus, *Mariciu* Marisius, *prunu* prunus, *melu* malus, *peru* pirus, *ceresiu* cerasus.

II. Foeminina, quae foeminas aut munera sive occupationes mulieribus proprias designant, tum nomina animalium foeminorum, regionum, insularum, dierum, multarumque urbium et plantarum, uti: *Venere* Venus, *Minerva* Minerva, *Maria* Maria, *muliere* mulier, *soru* soror, *noru* nurus, *consultoria* foemina suens, *veletrice* obstetrix, *meretrice* meretrix, *equa* equa, *vacca* vacca, *gallina* gallina, *oue* ovis, *capriola* caprea, *Europa* Europa, *Germania* Germania, *Italia* Italia, *Dacia* Dacia, *Campania* Campania, *Corsica* Corsica, *Dominica* Dominica, *Lunia* Lunae dies, *Martia* Martis dies, *Mercuria* Mercurii dies, *Jouia* Jovis dies, *Veneria* Veneris dies, *Roma* Roma, *Ulpia* Ulpia, *Vienna* Vienna, *Atene* Athenae, *Colonia*, Colonia, *Cartagine* Carthago, *Urtica* Urtica, *cuburbita* cucurbita etc.

Caeterum ambae hae regulae multas patiuntur exceptiones, quae tamen sequentibus tolluntur.

B) Ratione terminationis.

I. Nomina in *a* desinentia sunt foeminini generis, uti: *rota* rota, *lana* lana, *luna* luna, *palma* palma, *stella* stella, *vengella* vingula, *cera* cera, *certa* certamen, *pipa* pipa, *sarcina* sarcina, *bucca* bucca, *manu* manus, *vinia* vinea, *sagetta* sagitta etc.

Respectu *A)* excipiuntur hinc 1. Substantiva viros aut functiones viris solummodo convenientes designantia, tum nomina populorum, uti: *Enea* Aeneas, *Anaxagora* Anaxagora, *Papa* Papa, *popa* popa, *tata* tata, *despota* despota, *geometra* geometra, *grammatista*, *poeta* poeta, *monarca* monarcha, *cosmopolita* cosmopolita, *Epirota* Epirota, *Persa* Persa, *Geta* Geta, *Sina* Sina, *Sarmata* Sarmata etc.

2. Substantiva origine graeca in *ma* uti: *clima* clima, *poema* poëma, *prisma* prisma, *enigma* enigma, *tema* thema, *teorema* theorema, *problema* problema, *diadema* diadema etc.

II. Nomina in *e* desinentia retinent genus latinum, quapropter sunt

a) masculina: *cane* canis, *dente* dens, *folle* follis, *fonte* fons, *lepore* lepus, *monte* mons, *parente* parens, *pariete* paries, *pantice* pantex, *pectine* pecten, *pesce* piscis, *ponte* pons, *pulice* pulex, *sange* sanguis, *serpe* serpens, *sole* sol, *sorice* sorex, *ventre* venter, *verme* vermis, *vervece* vervex, *vulture* vultur etc., tum concreta in *one*, uti: *carbone* carbo, *titione* titio, *calcione* calceus, cothurnus, *sapone* sapo, *pauone* pavo, *pepone* pepo, *capone* capo, etc. quae ultima etiam: *calcionu*, *caponu*, *pauonu*, *peponu*, *saponu* scribi solent.

Excipiuntur 1. *pane* panis, *sale* sal, *oste* hostis, exercitus, *ordine* ordo, *passere* passer, avis, *pulmone* pulmo, *splene* splen, *pulvere* pulvis, *axe* axis, *lapide* lapis, *rore* ros, *cinere* cinis, *rude* rudis, *fune* funis, *colle* collis, *calle* callis; nam sunt foeminini generis, quamvis in latino masculina sint.

2. Abstracta in *ore*; uti: *sudore* sudor, *mucore* mucor, *langore* languor, *onore* honor, *flore* flos, *colore* color, *putore* putor, *vapore* vapor, *amore* amor, *recore* frigidum (tempus), *sapore* sapor, *odore* odor etc. quae prout apud Francos, ita apud Romanos sunt foeminina.

b) foeminina: *carne* caro, *claue* clavis, *corbe* corbis, *cruce* crux, *curte* chors, aula, *cervice* cervix, *cute* cos, *fame* fames, *fronte* frons, *gente* gens, *glande* glans, *lente* lens-tis, *lende* vel *lendine* lens-dis, *grandine* grando, *margine* margo, *imagine* imago, *mente* mens, *morte* mors, *nocte* nox, *neue* nix, *naue* navis, *oue* ovis, *pace* pax, *parte* pars, *pelle* pellis, *palude* palus, *salce* salix, *veste* vestis, *tusse* tussis, *secure* securis, *vulpe* vulpes, *voce* vox, *valle* vallis etc. tum abstracta in *one*, uti: *rogatione* rogatio, preces, *intellectione* intellectio, *inclinatione* inclinatio, *interrogatione* interrogatio, *passione* passio, *devotione* devotio, *occasione* occasio, *commissione* commissio, *desertatione* desertatio, vanitas, *spurcatione* spurcities, inquinatio, *peritione* exitium, *plecatione* submissio, *stricatione* destructio etc. tum abstracta ex verborum infinitivis desumta, uti: *placere* delectatio, *potere* potestas, *vedere* visio, *adunare* congregatio, *ducere* ductio, *sentire* sensus; tum derivata in: *tate*, *tute*, uti: *sanitate* sanites, *bonitate* bonitas, *societate* societas, *virtute* virtus, *servitute* servitus, *directate* justitia, *grauitate* gravitas etc. tum terminata in *itudine*, quae *ime* pronunciantur, uti: *macritudine* macritudo, *acritudine* acritudo, *lungitudine* longitudo, *multitudine* multitudo etc.

c) Quae in latino neutruis generis sunt, fiunt communiter masculina, uti: *lacte* lac, *nome* nomen, *essame* examen, *carme* carmen, *lume* lumen etc. quamquam magis foemininum petant: *mare* mare, *mele* mel, *fele* fel; imo etiam: *culme* culmen, *lume* lumen, mundus, *legume* legumen; tum etiam *latere* vel *latere* latus, *secale* secale.

III. Nomina in *o* desinentia sunt admodum pauca, eaque tantum nomina propria graeca, quae masculina sunt, si viris tribuantur, uti: *Apollo* Apollo, foeminina si mulieribus, uti: *Saffo* Sappho, *Clio* Clio, *Cloto* Clotho, *Calipso* Calipso, tum *eco* echo.

IV. Nomina in *i* desinentia sunt tantum: *di* dies (indeterminate) tum nomina dierum septimanae, uti: *Luni* die Lunae, *Marti* die Martis, *Mercuri* die Mercurii, *Joui* die Jovis, *Veneri* die Veneris (pariter indeterminate), omniaque foeminina; masculina sunt nomina urbium in plurali, uti: *Parisi* Parisii, *Bucolici* sive *Bucculesci* Hilariopolis,

V. Nomina in *u* desinentia sunt masculini generis, uti: *annu* annus, *braciu* brachium, *cervu* cervus, *dominu* dominus, *edu* hoedus, *focu* focus, ignis, *gelu* gelu, *jocu* jocus, *lupu* lupus, *mustu* mustum, *numeru* numerus, *omu* homo, *pectu* pectus, *riuu* rivus, *somnu* somnus, *tempu* tempus, *ursu* ursus etc.

Excipe: *soru* soror, *noru* nurus, quamquam dicatur etiam *sora*, *nora*.

III. De Variatione Substantivorum.

Nominum Substantivorum Variatio triplici modo fieri solet; scilicet per genera, et vocatur *Motio*, aut per numeros, et dicitur *Mutatio*, aut per casus, et appellatur *Declinatio*, quibus adhuc *Alteratio*, quae tamen ad Derivationem pertinet, et per *Auctionem* et *Diminutionem* fieri solet, addi potest.

A. *De Motione Substantivorum.*

seu de formatione foeminini generis ex masculino.

1. Nomina Substantiva masculini generis in *u* desinentia, formant foemininum genus mutando *u* in *a*, uti:

masculinum:		foemininum:	
Dominu,	Dominus,	*Domina*,	Domina,
cinu,	vicinus,	*vicina*,	vicina,

masculinum:		foemininum:	
Cristianu,	Christianus,	*Cristiana*,	Christiana,
paganu,	paganus,	*pagana*,	pagana,
Romanu,	Romanus,	*Romana*,	Romana,
Germanu,	Germanus,	*Germana*,	Germana,
Ciganu,	Cinganus,	*Cigana*,	Cingana,
socru,	socer,	*socra*,	socrus,
cognatu,	cognatus, affinis,	*cognata*,	cognata, affinis,
filiu,	filius,	*filia*,	filia,
filinu,	filius baptism.	*filina*,	filia baptismalis.
filiastru,	privignus,	*filiastra*,	privigna,
nepotu,	nepos,	*nepota*,	neptis,
fantiolu,	adolescens,	*fantiola*,	virgo,
popillu,	pupillus, puer,	*popilla*,	pupilla, puella,
capriolu,	capreolus,	*capriola*,	caprea,
vitellu,	vitulus,	*vitella*,	vitula,
juuencu,	juvencus,	*juuenca*,	juvenca,
agnellu,	agnus,	*agnella*,	agna,
lupu,	lupus,	*lupa*,	lupa,
ursu,	ursus,	*ursa*,	ursa,
servu,	servus,	*serva*,	serva,
capru,	caper,	*capra*,	capra,
natu,	natus,	*nata*,	nata etc.

2. Nomina masculina in *e* desinentia formant foemininum more Graecorum in *essa*, uti:

Príncipe,	Princeps,	*Principessa*,	(Principissa)
Cómite,	Comes,	*Comitessa*,	(Comitissa)
Barone,	Baro,	*Baronessa*,	(Baronissa)
Preitu,	Sacerdos,	*Preitessa*,	(Sacerdotissa)
Judice,	Judex,	*Judicessa*,	Judicis uxor,
mare,	mas, sponsus,	*maressa*,	sponsa,
ospite,	hospes,	*ospitessa*,	(hospitissa)
poèta,	poëta,	*poetessa*,	poëtria,
pauone,	pavo,	*pauonessa*,	pavo foem.
leu vel *leone*,	leo,	*leonessa*,	leaena etc.

3. Nomina masculina in *tore* formant foemininum in *trice*, uti:

Imperatore,	Imperator,	*Imperatrice*,	Imperatrix,
Ambassatore,	Legatus,	*Ambassatrice*,	Legata,
Actore,	Actor,	*Actrice*,	Actrix,
venatore,	venator,	*venatrice*,	venatrix,
cantatore,	cantator,	*cantatrice*,	cantatrix,
bellatore,	bellator,	*bellatrice*,	bellatrix etc.

aut more Graecorum in *essa*, uti:

Doctore,	Doctor,	*Doctoressa*,	Doctoris uxor,
negotiatore,	negotiator,	*negotiatoressa*,	negotiatrix,
professore,	professor,	*professoressa*,	professoris uxor,
gubernatore,	gubernator,	*gubernatoressa*,	gubernatrix,
pastore,	pastor,	*pastoressa*,	pastoris uxor,

Nota. Ex Substantivis in *ore* magis est in usu forma adjectivi in *oriu*, quo in casu foemininum genus libentius formatur in *oria* secundum 1., uti:

callatoriu,	viator,	*callatoria*,	viatrix,
veglatoriu,	vigilator,	*veglatoria*,	vigilatrix,
lucratoriu,	laborator,	*lucratoria*,	laboratrix,
servatoriu,	servator,	*servatoria*,	servatrix,
auditoriu,	auditor,	*auditoria*,	auditrix,
consutoriu,	consutor,	*consutoria*,	consutrix etc.

4. Nomina in *ariu* desinentia formant foemininum secundum 1. uti:

consiliariu,	consiliarius,	*consiliaria*,	consilarii uxor,
pecurariu,	opilio,	*pecuraria*,	opilionis uxor,
calcionariu,	sutor,	*calcionaria*,	sutoris uxor,

aut more Graecorum in *essa*, uti:

consiliariu,	consiliarius,	*consiliaressa*,	consiliarii uxor,
bouariu,	bubulcus,	*bouaressa*,	bubulci uxor.

Nota. Ridicula sunt illa plebis in *itia*, uti: *porcaritia* pro *porcaria* vel *porcaressa*, subulci uxor, vel plane augmentativa in *onia*, uti: *turcu* turcus, *turconia* pro *turca*, tanquam dicerent: *strigoniu*, magus *strigonia*, saga, striga, quod tamen aliter se habet.

5. Irregulariter formant foemininum genus sequentia:

tauru,	taurus,	*vacca*,	vacca,
caballu,	equus,	*equa*,	equa,
verru,	verres,	*scrofa*,	sus foem.
vervece,	vervex,	*oue*,	ovis,

catu,	felis mas,	*micia*,	felis foem.
gallu, coquosiu,	gallus,	*gallina*,	gallina,
barbatu,	mas,	*muliere*,	mulier,
maritu,	maritus,	*ussore*,	uxor,
veru,	vir,	*femina*,	foemina,
masculu,	masculus,	*femella*,	foemella,
tata,	tata,	*mamma*,	mamma,
patre,	pater,	*matre*,	mater,
frate,	frater,	*soru*,	soror,
generu,	gener,	*noru*,	nurus,
rege,	rex,	*regina*,	regina,
juuene,	juvenis,	*vergine*,	virgo,
cane,	canis,	*catella*,	canis, foem.

6. Dantur praeterea nomina, praesertim animalium, quae sub uno genere, unaque terminatione utrumque sexum exprimunt, quae graeci *επικοινα* appellant, uti: *lepore* lepus, est masculinum et designat et marem et foeminam, *vulpe* vulpes, est foemininum et utrumque sexum denotat, sic etiam avium nomina, uti: *corvu* corvus, *vulture* vultur, *rondinella* hirundo, *turturella* turtur, *sturnu* sturnus, *coturnice* coturnix.

7. Nomina arborum in *u* desinentia sunt masculina, fructuum autem foeminina, et formantur a prioribus mutando *u* in *a*, uti:

pomu,	pomus,	*poma*,	pomum,
prunu,	prunus,	*pruna*,	prunum,
peru,	pirus,	*pera*,	pirum,
muru,	morus,	*mura*,	morum,
persicu,	persicus,	*persica*,	persicum,
cutoniu,	cydonius,	*cutonia*,	cydonium,
cerésiu,	cerasus,	*cerésia*,	cerasum,
vísinu,	cerasus aproniana,	*vísina*,	cerasum apronianum
nucu,	nux (arbor),	*nuca*,	nux,
auellanu,	avellana (arbor),	*auellana*,	avellana,
castaniu,	castanea (arbor),	*castania*,	castanea,
quercu,	quercus, facit	*glande*,	glans,

Invariata manent et utrumque significant, *melu*, *μηλον*, malus et malum, *ficu* ficus, *cedru* cedrus.

Reliqua nomina, quae fructus non arborum sed plantarum aut fruticum designant, sunt radicalia, et plantas seu arbusta a se derivant, uti: *fraga* fragum, *fragaria* vel *fragariu* fragaria.

Nota. A nominibus arborum formantur Substantiva etiam in *etu*, significationem collectivam habentia, uti: *pometu* pometum, *prunetu* prunorum hortus, *nucetu* nucetum, *fagetu* fagorum silva, *olivetu* olivetum; ast haec ad derivationem pertinent.

B. *De Numeris et Mutatione Substantivorum.*

Numerus est duplex, nempe *singularis*, quum persona aut res singula denominatur, uti: *omu* homo, *cane* canis, *vasu* vasum; et *pluralis*, quum plures personae aut res exprimuntur, uti: *omini* homines, *cani* canes, *vase* vasa. Formatur autem pluralis numerus a singulari secundum sequentes regulas:

1. Nomina in *a* desinentia foeminini generis mutant *a* in *e*, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
acia,	acia, filum,	*acie*,	*anima*,	anima, cor,	*anime*,
aria,	area,	*arie*,	*arma*,	arma-orum,	*arme*,
aqua,	aqua,	*aque*,	*bellua*,	bellua,	*bellue*,
buccina,	buccina,	*buccine*,	*camésia*,	indusium,	*camésie*,
capra,	capra,	*capre*,	*capriola*,	caprea,	*capriole*,
casa,	casa,	*case*,	*castania*,	castanea,	*castanie*,
causa,	causa,	*cause*,	*cepa*,	cepa,	*cepe*,
cella,	cella,	*celle*,	*ceta*,	coetus,	*cete*,
cauda,	cauda,	*caude*,	*cisterna*,	cisterna,	*cisterne*,
corda,	chorda,	*corde*,	*costa*,	costa,	*coste*,
cresta,	crista,	*creste*,	*crusta*,	crusta,	*cruste*,
corona,	corona,	*corone*,	*cognata*,	affinis,	*cognate*,
cucuta,	cicuta,	*cucute*,	*cupa*,	cupa,	*cupe*,
consocra,	consocrus,	*consocre*,	*cursa*,	decipula,	*curse*,
domina,	domina,	*domine*,	*eda*,	hoeda,	*ede*,
equa,	equa,	*eque*,	*facia*,	facies,	*facie*,
facta,	factum,	*facte*,	*fabla*,	fabula,	*fable*,
familia,	familia,	*familie*,	*femina*,	foemina,	*femine*,
femella,	foemella,	*famelle*,	*feta*,	puella,	*fete*,
fera,	fera,	*fere*,	*filia*,	filia,	*filie*,
filiastra,	privigna,	*filiastre*,	*filina*,	filia baptism.	*filine*,
fimbra,	fimbra,	*fimbre*,	*folia*,	folium,	*folie*,

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
forma,	forma,	*forme,*	*furcella,*	furcilla,	*furcelle,*
gemina,	gemina,	*gemine,*	*gena,*	gena,	*gene,*
jocarella,	crepundia,	*jocarelle,*	*juvenca,*	juvenca,	*juvence,*
litra,	litra,	*litre,*	*locusta,*	locusta,	*locuste,*
lucta,	lucta,	*lucte,*	*lupa,*	lupa,	*lupe,*
macina,	machina,	*macine,*	*magestra,*	magistra,	*magestre,*
margella,	margarita,	*margelle,*	*massella,*	maxilla,	*masselle,*
maressa,	sponsa,	*maresse,*	*mesa,*	mensa,	*mese,*
mura,	morum,	*mure,*	*murena,*	muraena,	*murene,*
musca,	musca,	*musce,*	*mustacia,*	mystax,	*mustacie,*
nepola,	neptis,	*nepote,*	*nupta,*	nuptiae,	*nupte,*
nouella,	virga,	*nouelle,*	*ollicella,*	ollula,	*ollicelle,*
olla,	olla,	*olle,*	*ora,*	hora,	*ore,*
palia,	palea,	*palie,*	*penna,*	penna,	*penne,*
pera,	pirum,	*pere,*	*persica,*	persicum,	*persice,*
persona,	persona,	*persone,*	*pipa,*	sugibulum,	*pipe,*
plecta,	plexus,	*plecte,*	*pruna,*	prunum,	*prune,*
rota,	rota,	*rote,*	*rotilla,*	rotula,	*rotille,*
rosa,	rosa,	*rose,*	*ruina,*	ruina,	*ruine,*
sagetta,	sagitta,	*sagette,*	*sapa,*	ligo,	*sape,*
scola,	schola,	*scole,*	*scrofa,*	scropha,	*scrofe,*
socru,	socrus,	*socre,*	*spata,*	gladius,	*spate,*
spica,	spica,	*spice,*	*spina,*	spina,	*spine,*
stella,	stella,	*stelle,*	*subla,*	subula,	*suble,*
tabla,	tabula,	*table,*	*turturella,*	turtur,	*turturelle,*
turma,	turma,	*turme,*	*urma,*	vestigium,	*urme,*
umbra,	umbra,	*umbre,*	*unda,*	unda,	*unde,*
ursa,	ursa,	*urse,*	*ustia,*	ostium,	*ustie,*
verdia,	brassica,	*verdie,*	*vedua,*	vidua,	*vedue,*
vinia,	vinca,	*vinie,*	*visita,*	visita,	*visite,*
vita,	animal,	*vite,*	*vitella,*	vitula,	*vitelle,*
verba,	verbum,	*verbe,*	*vitia,*	vitis,	*vitie,*
verga,	virga,	*verge,*	*virgella,*	virgula,	*vergelle* etc.

Nota. Nomina in *ia*, dessinentia pluralem numerum semper in *ie* formant, quamquam *ē* non sat clare audiatur, paesertim in terminationibus *aria* et *oria*, in quibus plane strictius observandum, nam secus ambiguitatem pariunt, et foemina a masculinis aliter discerni nequeunt, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
facia,	facies,	*facie,*	*fascia,*	fascia,	*fascie,*
teneretia,	teneritas,	*teneretie,*	*veteranetia,*	senectus,	*veterenetie,*
viuetia,	vita,	*viuetie,*	*tristetia,*	tristitia,	*tristetie,*
potentia,	potentia,	*potentie,*	*scientia,*	scientia,	*scientie,*
sedentia,	sessio,	*sedentie,*	*credentia,*	fides,	*credentie,*
caldaria,	ahenum,	*caldarie,*	*tepidaria,*	tepidarium,	*lepidarie,*
servatoria,	dies festus,	*servatorie,*	*lucratoria,*	d. profestus,	*lucratorie,*
seditoria,	conclave,	*seditorie,*	*prensoria,*	detentio,	*prensorie.*

b) Libentius formant pluralem in *i* sequentia nomina Substantiva:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
alepa,	ala,	*alepi,*	*aurecla,*	auris,	*aurecli,*
barba,	barba,	*barbi,*	*bracca,*	bracca,	*bracci,*
bráccina,	cingulus,	*braccini,*	*bránca,*	pes anim.	*branci,*
bucca,	bucca,	*bucci,*	*cada,*	cadus,	*cadi,*
camera,	camera,	*cameri,*	*cánapa,*	canabis,	*cánapi,*
caramida,	later,	*caramidi,*	*carta,*	charta,	*carti,*
certa,	certamen,	*certi,*	*cena,*	coena,	*ceni,*
cingla,	cingulus,	*cingli,*	*cucurbita,*	cucurbita,	*cucurbiti,*
coma,	coma,	*comi,*	*dominica,*	dominica,	*dominici,*
erba,	herba,	*erbi,*	*fenestra,*	fenestra,	*fenestri,*
fontana,	fontana,	*fontani,*	*formica,*	formica,	*formici,*
fortuna,	fortuna,	*fortuni,*	*fraga,*	fragum,	*fragi,*
fuga,	fuga,	*fugi,*	*furca,*	furca,	*furci,*
gallina,	gallina,	*gallini,*	*gleba,*	gleba,	*glebi,*
gingeua,	gengiva,	*gingeui,*	*gradina,*	hortus,	*gradini,*
gula,	gula, os,	*guli,*	*iberna,*	hiems,	*iberni,*
judicata,	judicium,	*judicati,*	*lacrima,*	lacrima,	*lacrimi,*
lauda,	laus,	*laudi,*	*lingua,*	lingua,	*lingui,*
lumina,	lumen,	*lumini,*	*luna,*	luna,	*luni,*
mana,	manus,	*mani,*	*manica,*	manica,	*manici,*
mentiona,	mandacium,	*mentioni,*	*métula,*	scopa,	*métuli,*
merenda,	merenda,	*merendi,*	*mola,*	mola,	*moli,*
nuca,	nux,	*nuci,*	*palma,*	palma,	*palmi,*
parécla,	par,	*parecli,*	*pédica,*	pedica,	*pedici,*
pétra,	petra,	*petri,*	*porta,*	porta,	*porti,*
preda,	praeda,	*predi,*	*prédica,*	praedicatio,	*prédici,*
pulpa,	pulpa,	*pulpi,*	*pulla,*	penis,	*pulli,*

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
pusca,	pyxis igniv.	*pusci*,	*ripa*,	ripa,	*ripi*,
sarcina,	sarcina,	*sarcini*,	*scala*,	scala,	*scali*,
sera,	vespera,	*seri*,	*selva*,	silva,	*selvi*,
terra,	terra,	*terri*,	*ungla*,	unguis,	*ungli*,
vacca,	vacca,	*vacci*,	*vera*,	aestas,	*veri*,
vena,	vena,	*veni*,	*viola*,	viola,	*violi*,
vespa,	vespa,	*vespi*,	*vesina*,	peditum,	*vesini*,

Tum omnia derivata in: *ica*, *ula*, *ura*, desinentia, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
basĕlica,	templum,	*basĕlici*,	*dominica*,	dominica,	*dominici*,
formica,	formica,	*formici*,	*pissica*,	felis,	*pissici*,
urtica,	urtica,	*urtici*,	*vesica*,	vesica,	*vesici* etc.
lingula,	cochlear,	*linguli*,	*glándula*,	glandula,	*glanduli*,
scandula,	scandula,	*scanduli*,	*stergula*,	mantele,	*sterguli*,
manestergula,	strophium,	*manesterguli*,	*caudabatula*,	motacilla,	*caudabatuli*,
pannula,	pannus,	*pannuli*,	*vergula*,	virgula,	*verguli*,
amblatura,	ambulatio,	*amblaturi*,	*buccatura*,	offula,	*buccaturi*,
calcatura,	tritio,	*calcaturi*,	*degelatura*,	congelatum,	*degelaturi*,
frictura,	assum,	*fricturi*,	*gemitura*,	gemitus,	*gemituri*,
invetiatura,	doctrina,	*invetiaturi*,	*lectura*,	lectura,	*lecturi*,
mesura,	mensura,	*mesuri*,	*natura*,	natura,	*naturi*,
positura,	positura,	*posituri*,	*ruptura*,	ruptura,	*rupturi*,
scriptura,	scriptura,	*scripturi*,	*trassura*,	tractus,	*trassuri*,
untura,	adeps,	*unturi*,	*versatura*,	fusio,	*versaturi* etc.

c) Nomina in *a* masculina formant pluralem numerum in *i*, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
Papa,	Papa,	*Papi*,	*popa*,	popa,	*popi*,
tata,	pater,	*tati*,	*poèta*,	poëta,	*poeti*,
despota,	despota,	*despoti*,	*patriota*,	patriota,	*patrioti*,
sofista,	sophista,	*sopisti*,	*jurista*	jurista,	*juristi*,
Monarca,	Monarcha,	*Monarci*,	*Patriarca*,	Patriarcha,	*Patriarci*,
Geometra,	Geometra,	*Geometri*,	*idiota*,	idiota,	*idioti* etc.

d) Graeca nomina in *ma* formant pluralem in *mate*, et fiunt foeminina, uti:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
Assioma,	Axioma,	*Assiomate*,	*clima*,	clima,	*climate*,
aroma,	aroma,	*aromate*,	*enigma*,	aenigma,	*enigmate*,
problema,	problema,	*problemate*	*teorema*,	theorema,	*teoremate*,
tema,	thema,	*temate*,	*stemma*,	stemma,	*stemmate*,
anatema,	anathema,	*anatemate*,	*sustema*,	systema,	*sustemate*, etc.

2. Nomina in *e* desinentia sive masculina sive foeminina formant

a) pluralem numerum in *i*, et retinent suum genus; hinc masculina:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluraris.
cane,	canis,	*cani*,	*carbone*,	carbo,	*carboni*,
bolete,	boletus,	*boleti*,	*dente*,	dens,	*denti*,
folle,	follis,	*folli*,	*fonte*,	fons,	*fonti*,
frate,	frater,	*frati*,	*latrone*,	latro,	*latroni*,
lepore,	lepus,	*lepori*,	*monte*,	mons,	*monti*,
parente,	parens,	*parenti*,	*patre*,	pater,	*patri*,
pántice,	pantex,	*pantici*,	*pede*,	pes,	*pedi*,
paríéte,	paries,	*paríéti*,	*pectine*,	pecten,	*pectini*,
ponte,	pons,	*ponti*,	*pepone*,	pepo,	*peponi*,
pauone,	pavo,	*pauoni*,	*pulice*,	pulex,	*pulici*,
sapone,	sapo,	*saponi*,	*serpe*,	serpens,	*serpi*,
sole,	sol,	*soli*,	*sórici*,	sorex,	*sorici*,
titione,	titio,	*titioni*,	*torrente*,	torrens,	*torrenti*,
vervece,	vervex,	*verveci*,	*verme*,	vermis,	*vermi*,
ventre,	venter,	*ventri*,	*vúlture*,	vultur,	*vulturi*, etc.

parimodo foeminina, uti:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
arte,	ars,	*arti*,	*bute*,	dolium,	*buti*,
carne,	caro,	*carni*,	*curte*,	aula,	*curti*,
cute,	cos,	*cuti*,	*claue*,	clavis,	*claui*,
calle,	callis, via,	*calli*,	*cervice*,	cervix,	*cervici*,
cruce,	crux,	*cruci*,	*cinere*,	cinis,	*cineri*,
fune,	funis,	*funi*,	*gente*,	gens,	*genti*,
glande,	glans,	*glandi*,	*lege*,	lex,	*legi*,
léndine,	lens,	*lendini*,	*luntre*,	linter,	*luntri*,
luce,	lux,	*luci*,	*mente*,	mens,	*menti*,

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
morte,	mors,	*morti*,	*naue*,	navis,	*naui*,
nocte,	nox,	*nocti*,	*mare*,	mare,	*mari*,
oue,	ovis,	*oui*,	*oste*,	exercitus,	*osti*,
passere,	passer,	*passeri*,	*pulmone*,	pulmo,	*pulmoni*,
pelle,	pellis,	*pelli*,	*rude*,	rudis,	*rudi*,
pace,	pax,	*paci*,	*salce*,	salix,	*salci*,
secale,	secale,	*secali*,	*sorte*,	sors,	*sorti*,
cardine,	cardo,	*cardini*,	*ordine*,	ordo,	*ordini*,
fuligine,	fuligo,	*fuligini*,	*imagine*,	imago,	*imagini*,
origine,	origo,	*origini*,	*margine*,	margo,	*margini*,
vertigine,	vertigo,	*vertigini*,	*cartilagine*,	cartilago,	*cartilagini*,
acritudine,	acritudo,	*acritudini*,	*altitudine*,	altitudo,	*altitudini*,
lungitudine,	longitudo,	*lungitudini*	*latitudine*,	latitudo,	*latitudini*,
multitudine,	multitudo,	*multitudini*	*plenitudine*,	plenitudo,	*plenitudini*,
juuentute,	juventus,	*juuentuti*,	*senectute*,	senectus,	*senectuti*,
servitute,	servitus,	*servituti*,	*vertute*,	virtus,	*vertuti*,
ciuitate,	civitas,	*ciuitati*,	*directate*,	justitia,	*directati*,
grauitate,	gravitas,	*grauitati*,	*libertate*,	libertas,	*libertati*,
reutate,	malitia,	*reutati*,	*sanitate*,	sanitas,	*sanitati*,
unitate,	unitas,	*unitati*,	*veritate*,	veritas,	*veritati*,
vicinitate,	vicinitas,	*vicinitati*,	*societate*,	societas,	*societati*,
casione,	occasio,	*casioni*,	*comparatione*,	comparatio,	*comparationi*,
desertatione,	vanitas,	*desertationi*,	*explicatione*,	explicatio,	*explicationi*,
declinatione,	declinatio,	*declinationi*,	*divisione*,	divisio,	*divisioni*,
inclinatione,	inclinatio,	*inclinationi*,	*interrogatione*,	interrogatio,	*interrogationi*,
intellectione,	intellectio,	*intellectioni*,	*natione*,	natio,	*nationi*,
			ratione,	ratio,	*rationi*,
rogatione,	rogatio,	*rogationi*,	*pastione*,	pastio,	*pastioni*,
plecatione,	summisio,	*plecationi*,	*suttractione*,	subtractio,	*suttractioni*
spurcatione,	inquinatio,	*spurcationi*,	*religione*,	religio,	*religioni*,
mancare,	esus,	*mancari*,	*mutare*,	mutatio,	*mutari*,
portare,	gestus,	*portari*,	*adunare*,	concio,	*adunari*,
cadére,	casus,	*cadéri*,	*perire*,	interitus,	*periri*,

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
sedére;	sessio,	*sederi,*	*cacare,*	cacatio,	*cacari,*
náscere,	nativitas,	*násceri,*	*urmare,*	sequela,	*urmari,*
audire,	auditus,	*audíri,*	*vedere,*	visus,	*vederi,*
flóre,	flos,	*flori,*	*fácere,*	actio,	*fácere,*
sudóre,	sudor,	*sudori,*	*sentire,*	sensus,	*sentiri,*
langóre,	languor,	*langori,*	*amóre,*	amor,	*amori,*
putóre,	putor,	*putori,*	*colóre,*	color,	*colori,*
recóre,	refrigerium,	*recori,*	*vapóre,*	vapor,	*vapori,*
mucore,	mucor,	*mucori,*	*onóre,*	honor,	*onori,*
dolóre,	dolor,	*dolori,*	*umóre,*	humor,	*umori,* etc.

b) Latina neutra in *men* desinentia formant pluralem in *mini,* et fiunt foeminina uti:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
nome,	nomen,	*nomini,*	*carme,*	carmen,	*càrmini,*
lume,	lumen,	*lùmini,*	*crime,*	crimen,	*crìmini,*
seme,	semen,	*sèmini,*	*regime,*	regimen,	*regìmini,*
essáme,	examen,	*essàmini,*	*forame,*	foramen,	*foràmini,*
culme,	culmen,	*culmini,*	*flume,*	flumen;	*flùmini,* etc.

3) Nomina Substantiva in *u* desinentia formant pluralem:

a) more latinorum in *i,* si in latino masculini aut foeminini generis secundae declinationis fuerint, uti:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
angelu,	angelus,	*angeli,*	*ásinu,*	asinus,	*asini,*
barbatu,	vir,	*barbati,*	*bvuu,*	bos,	*boui,*
caballu,	caballus,	*caballi,*	*capru,*	caper,	*capri,*
capriolu,	capreolus,	*caprioli,*	*cárpinu,*	carpinus,	*carpini,*
casiu,	caseus,	*casii,*	*castaniu,*	castanea,	*castanii,*
catellu,	catulus,	*catelli,*	*catu,*	catus,	*cati,*
cervu,	cervus,	*cervi,*	*cognatu,*	cognatus,	*cognati,*
columbu,	columba,	*columbi,*	*consocru,*	consocer,	*consocri,*
corvu,	corvus,	*oorvi,*	*dominu,*	dominus,	*domini,*
edu,	hoedus,	*edi,*	*fagu,*	fagus,	*fagi,*
fantiolu,	juvenis,	*fantioli,*	*filiastru,*	filiaster,	*filiastri,*
filiu,	filius,	*filii,*	*filinu,*	fil. bapt.	*filini,*
fratellu,	fratellus,	*fratelli,*	*frássinu,*	fraxinus,	*frassini,*

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
gallu,	gallus,	*galli,*	*generu,*	gener,	*generi,*
genunclu,	genu,	*genuncli,*	*geminu,*	geminus,	*gemini,*
juratu,	juratus,	*jurati,*	*juuencu,*	juvencus,	*juuenci,*
leu,	leo,	*lei,*	*lumbricu,*	lumbricus,	*lumbrici,*
lupu,	lupus,	*lupi,*	*magu,*	magus,	*magi,*
magestru,	magister,	*magestri,*	*manunclu,*	manuclea,	*manuncli,*
masculu,	sus (mas),	*masculi,*	*marturu,*	martyr,	*marturi,*
medicu,	medicus,	*medici,*	*mendicu,*	mendicus,	*mendici,*
misellu,	nequam,	*miselli,*	*mortu,*	mortuus,	*morti,*
mucu,	mucus,	*muci,*	*muru,*	morus,	*muri,*
musclu,	musculus,	*muscli,*	*napu,*	napus,	*napi,*
nepotu,	nepos,	*nepoti,*	*nepotellu,*	nepotellus,	*nepotelli,*
nucu,	nux,	*nuci,*	*numeru,*	numerus,	*numeri,*
oclu,	oculus,	*ocli,*	*paganu,*	paganus,	*pagani,*
palu,	palus,	*pali,*	*patronu,*	patronus,	*patroni,*
pelu,	pilus,	*peli,*	*peru,*	pirus,	*peri,*
peduclu,	pediculus,	*peducli,*	*peducellu,*	grataegus,	*peducelli,*
pinu,	pinus,	*pini,*	*pomu,*	pomus,	*pomi,*
poplu,	populus,	*popli,*	*porcu,*	porcus,	*porci,*
porcellu,	porcellus,	*porcelli,*	*prunu,*	prunus,	*pruni,*
pullu,	pullus,	*pulli,*	*popillu,*	pupillus,	*popilli,*
saccu,	saccus,	*sacci,*	*sociu,*	socius,	*socii,*
socru,	socer,	*socri,*	*soricellu,*	musculus,	*soricelli,*
strutiu,	struthio,	*strutii,*	*tauru,*	taurus,	*tauri,*
teliu,	tilia,	*telii,*	*truncu,*	truncus,	*trunci,*
trunclu,	trunculus,	*trûncli,*	*ulmu,*	ulmus,	*ulmi,*
umeru,	humerus,	*umeri,*	*ursu,*	ursus,	*ursi,*
vicinu,	vicinus,	*vicini,*	*veduu,*	viduus,	*vedui,*
veru,	vir,	*veri,*	*verru,*	verres,	*verri,*
vitellu,	vitulus,	*vitelli,*	*vesperellu,*	vespertilio,	*vesperelli,*

etc.

Tum derivata in *ariu*, et *eriu*, personas significantia, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
argentariu,	argentarius	*argentarii,*	*bouariu,*	bubulcus,	*bouarii,*
caprariu,	caprarius,	*caprarii,*	*decimariu,*	decimator,	*decimarii,*
erbariu,	herbarius,	*erbarii,*	*ferrariu,*	ferrarius f.	*ferrarii,*

gradinariu	hortulanus,	*gradinarii,*	*luminariu,*	candelarum fusor,	*luminarii,*
macellariu,	lanio,	*macellarii,*			
mesariu,	scriniarius,	*mesarii,*	*notariu,*	notarius,	*notarii,*
ollariu,	figulus,	*ollarii,*	*porcariu,*	subulcus,	*porcarii,*
sellariu,	sellarius,	*sellarii,*	*rotariu,*	rotarius,	*rotarii,*
tabellariu,	tabellarius,	*tabellarii,*	*unitariu,*	unitarius,	*unitarii,*
vaccariu,	vaccarius,	*vaccarii,*	*viniariu,*	vinearius,	*viniarii,*
aratoriu,	arator,	*aratorii,*	*bebitoriu,*	potator,	*bebitorii,*
cantatoriu,	cantor,	*cantatorii,*	*debitoriu,*	debitor,	*debitorii,*
directoriu,	director,	*directorii,*	*editoriu,*	editor,	*editorii,*
fundatoriu	fundator,	*fundatorii,*	*facitoriu,*	factor,	*facitorii,*
gustatoriu,	gustator,	*gustatorii,*	*imperatoriu,*	imperator,	*imperatorii*
jocatoriu,	jocator,	*jocatorii,*			
judicatoriu,	judex,	*judicatorii,*	*mancatoriu,*	vorator,	*mancatorii,*
negotiatoriu,	negotiator,	*negotiatorii,*	*orditoriu,*	orsor,	*orditorii,*
peccatoriu,	peccator,	*peccatorii,*	*pastoriu,*	pastor,	*pastorii,*
rapitoriu,	raptor,	*rapitorii,*	*saltatoriu,*	saltator,	*saltatorii,*
taliatoriu,	sector,	*taliatorii,*	*urmatoriu,*	imitator,	*urmatorii,*
venatoriu,	venator,	*venatorii,*	*veglatoriu,*	vigilator,	*veglatorii,*

etc.

Nota 1. Si talia Substantiva terminentur antiqua formâ in *ore*, pluralem per simplex *i* formant, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
auctore,	auctor,	*auctori,*	*professore,*	professor,	*professori,*
creatore,	creator,	*creatori,*	*doctore,*	doctor,	*doctori,*
redactore,	redactor,	*redactori,*	*gubernatore,*	gubernator,	*gubernatori,*
salvatore,	salvator,	*salvatori,*	*curatore,*	curator,	*curatori* etc.

2. In Substantivis foeminini generis in *aria* et *oria*, non sat distincte percipitur diphthongus *ia*, sed magis cum *e* confunditur, quapropter a multis, sed vitiose, per *e* quoque scribuntur, et tunc pluralem in *i* vel *ii* formare videntur, quod pariter nisi ex obscura pronunciatione diphthongi *ie* enascitur. Cavendum tamen in scribendo, ne unum cum altero confundatur, et masculinum a foeminino penitus ignoretur. Itaque in singulari scribendum: *ventulatoria* ventilabrum, et non *ventulatore*, in plurali: *ventulatorie* et non *ventulatori*, quod masculinum esset personae agentis; sic: *spellatoria*, lotrix, *spellatorie*, non *spellatore*, *spellatori*, quae pariter masculina sunt; *prensoria*, detentio, *prensorie*, non *prensore*, *prensori*; *frangitoria*, frangibulum, *frangitorie*, non *frangitore*, *frangitori*; *seditoria*, conclave netricum, *seditorie*, non

seditore, *seditori*; *servatoria*, dies festus, *servatorie*, non *servatore*, *servatori*; *lucratoria*, dies profestus, *lucratorie*, non *lucratore*, *lucratori*; *scambatoria*, variatrix, *scambatorie*, non *scambatore*, *scambatori*; *cacatoria*, (*cacastoria*), secessus, *cacatorie*, non *cacatore*, *cacatori*; *plansoria*, supplex libellus, *plansorie*, non *plansore*, *plansori*; *petitoria*, petitrix, *petitorie*, non *petitore*, *petitori* etc.

b) Nomina, quae in latino neutrius generis sunt, secundae Declinationis, formant pluralam in *e*, et fiunt foeminina, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
braciu,	brachium,	*bracie*,	*branu*,	braneum,	*brane*,
calcaniu,	calcaneum,	*calcanie*,	*capitaniu*,	cervical,	*capitanie*,
cánticu,	canticum,	*cantice*,	*cerebru*,	cerebrum,	*cerebre*,
commandu,	mandatum,	*commande*,	*cribru*,	cribrum,	*cribre*,
damnu,	damnum,	*damne*,	*desideriu*,	desiderium,	*desiderie*,
dosu,	dorsum,	*dose*,	*egnariu*,	igniarium,	*egnarie*,
filu,	filum,	*file*,	*fenu*,	foenum,	*fene*,
gallinaciu,	gallinaceum	*gallinacie*,	*granu*,	granum,	*grane*,
judeciu,	judicium,	*judecie*,	*lardu*,	lardum,	*larde*,
legnu,	lignum,	*legne*,	*liciu*,	licium,	*licie*,
mediu,	medium,	*medie*,	*melu*,	malum,	*mele*,
macellu,	macellum,	*macelle*,	*matiu*,	matium,	*matie*,
membru,	membrum,	*membre*,	*nucetu*,	nucetum,	*nucete*,
nutretiu,	nutritium,	*nutretie*,	*ospetiu*,	hospitum,	*ospetie*,
prandiu,	prandium,	*prandie*,	*pretiu*,	pretium,	*pretie*,
rostru,	rostrum,	*rostre*,	*rastellu*,	rastellum,	*rastelle*,
segnu,	signum,	*segne*,	*secretu*,	secretum,	*secrete*,
scambu,	cambium,	*scambe*,	*straglu*,	stragulum,	*stragle*,
templu,	templum,	*temple*,	*scamnu*,	scamnum,	*scamne*,
vallu,	vallum,	*valle*,	*verbu*,	verbum,	*verbe* etc.

Per analogiam etiam sequentia:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
altariu,	altare,	*altarie*,	*acu*,	acus,	*ace*,
annellu,	annulus,	*annelle*,	*aciellu*,	chalybs,	*acielle*,
baltiu,	balteus,	*baltie*,	*batiu*,	baculus,	*balie*,
carnaciu,	farcimen,	*carnacie*,	*carru*,	carrus,	*carre*,
cornu,	cornu,	*corne*,	*cogitu*,	cogitatus,	*cogite*,
coliu,	culeus,	*colie*,	*cuniu*,	cuneus,	*cunie*,
cursu,	cursus,	*curse*,	*degitu*,	digitus,	*degite*,

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
directu,	jus,	*directe*,	*floccu*,	floccus,	*flocce*,
fusu,	fusus,	*fuse*,	*fructu*,	fructus,	*fructe*,
gestu,	gestus,	*geste*,	*laqueu*,	laqueus,	*laquie*,
mercatu,	mercatus,	*mercate*,	*nasu*,	nasus,	*nase*,
ossu,	os,	*osse*,	*péticu*,	frustum,	*pétice*,
saltu,	saltus,	*salte*,	*satu*,	pagus,	*sate*,
scúticu,	involucrum,	*scutice*,	*sonitu*,	sonitus,	*sonite*,
tonitu,	tonitru,	*tonite*,	*vasu*,	vas,	*vase* etc.

Tum desinentia in *iolu*, rem, non personam significantia, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
foliolu,	manipulus,	*foliole*,	*lintiolu*,	linteolum,	*lintiole*,
petiolu,	petiolus,	*petiole*,	*modiolu*,	modiolus,	*modiole*,
urciolu,	urceolus,	*urciole*,	*popolu*,	populus,	*popole* etc.

Propter neutrum genus latinum, omnia nomina in *mentu*, uti:

singularis.		*pluralis.*	
braccamentu,	indumentum,	*braccamente*,	indumenta,
calciamentu,	calceamentum,	*calciamente*,	calceamenta,
coperimentu,	operculum,	*coperimente*,	opercula,
documentu,	documentum,	*documente*,	documenta,
elementu,	elementum,	*elemente*,	elementa,
fermentu,	fermentum,	*fermente*,	fermenta,
instrumentu,	instrumentum,	*instrumente*,	instrumenta,
juramentu,	juramentum,	*juramente*,	juramenta,
legamentu,	ligamentum,	*legamente*,	ligamenta,
monumentu,	monumentum,	*monumente*,	monumenta,
ornamentu,	ornamentum,	*ornamente*,	ornamenta,
pauimentu,	pavimentum,	*pauimente*,	pavimenta,
sacramentu,	sacramentum,	*sacramente*,	sacramenta,
temperamentu,	temperamentum,	*temperamente*,	temperamenta,
vestimentu,	vestimentum,	*vestimente*,	vestimenta,
tormentu,	tormentum,	*tormente*,	tormenta etc.

Tum collectiva arborum in *etu*, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
pometu,	pometum,	*pomete*,	*prunetu*,	prunetum,	*prunete*,
nucetu,	nucetum,	*nucete*,	*fagetu*,	fagorum s.	*fagete*,
olivetu,	olivetum,	*olivete*,	*dumetu*,	dumetum,	*dumete* etc

Denique abstracta in *ariu*, et *oriu*, pariter propter genus neutrum latinum, uti:

singularis.		*pluralis*	*singularis.*		*pluralis.*
calamariu,	calamarium	*calamarie*,	*pectariu*,	thorax,	*pectarie*,
granariu,	granarium,	*granarie*,	*serpariu*,	zona,	*serparie*,
quantariu,	statera,	*quantarie*,	*medullariu*	membrum,	*medullarie*,
degitariu,	digitabulum,	*degitarie*,	*seminariu*,	seminarium	*seminarie*,
braccinariu,	cingulus braccarum,	*braccinarie*,	*margaritariu*,	margaritarium,	*margaritarie*,
adjutoriu,	adjutorium,	*adjutorie*,	*coctoriu*,	fornax,	*coctorie* etc.

c) Nomina, quae in latino in *us* desinunt, et neutrius generis tertiae declinationis sunt, genitivumque in *oris* formant, faciunt pluralem in *ori*, et fiunt foeminina, uti:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
frigu,	frigus,	*frígori*,	*corpu*,	córpus,	*córpori*,
pectu,	pectus,	*péctori*,	*pegnu*,	pignus,	*pégnori*,
tempu,	tempus,	*témpori*,	*litu*,	litus,	*litori*,
nemu,	nemus,	*némori*,	*stercu*,	stercus,	*stércori* etc.

Per Analogiam etiam sequentia:

singularis.		*pluralis.*	*singularis.*		*pluralis.*
arcu,	arcus,	*árcori*,	*casu*,	casus,	*cásori*,
campu,	campus,	*cámpori*,	*cercu*,	circulus,	*cércori*,
cóbitu,	cubitus,	*cóbitori*,	*culu*,	culus,	*cúlori*,
celu,	coelum,	*célori*,	*dromu*,	via,	*drómori*,
fumu,	fumus,	*fúmori*,	*fundu*,	fundus,	*fúndori*,
gardu,	sepes,	*gárdori*,	*gustu*,	gustus,	*gústori*,
jocu,	lusus,	*jócori*,	*jugu*,	jugum,	*júgori*,
lacu,	lacus,	*lácori*,	*lectu*,	lectus,	*léctori*,
locu,	locus,	*lócori*,	*lucru*,	labor,	*lúcrori*,
modu,	modus,	*módori*,	*nodu*,	nodus,	*nódori*,
pauitu,	lectus,	*páuitori*,	*portu*,	portus,	*pórtori*,
risu,	risus,	*rísori*,	*retiu*,	rete,	*rétiori*,
riuu,	rivus,	*riuori*,	*scambu*,	cambium,	*scambori*,
scopu,	scopus,	*scópori*,	*senu*,	sinus,	*sénori*,
sessu,	planities,	*séssori*,	*somnu*,	somnus,	*sómnori*,
testu,	testu,	*téstori*,	*tectu*,	tectum,	*tectori*,

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
vadu,	vadum,	*vàdori*,	*versu*,	versus,	*vérsori*,
vinu,	vinum,	*vìnori*,	*visu*,	somnium,	*vísori*,

d) Nomina in latino neutra, in *us* desinentia, genitivumque in *eris* formantia, faciunt pluralem in *eri*, et fiunt foeminina, uti:

singularis.		pluralis.	singularis.		pluralis.
genu,	genus,	*generi*,	*latu*,	latus,	*lateri*,
vulnu,	vulnus,	*vùlneri*,	*munu*,	munus,	*mùneri*,
onu,	onus,	*òneri*,	*opu*,	opus,	*òperi*,
fedu,	foedus,	*fèderi*,	*funu*,	funus,	*fùneri* etc.

Caeterum etiam in singulari usurpantur *genere*, *latere* vel *latore*, *vulnere*, *munere*, *onere*, *opere*, *federe*, *funere*.

e) *ouu* ovum, facit *oua*, foem.; *ferru* ferrum, *ferra*, foem.; imo etiam *carru* carrus, *carra* et *carre*, foem.; *capu* caput, *capile*, foem.; *omu* homo, *ómini*; *soru* soror, *soròri*; *noru* nurus, *noròri*; *dia* dies penes *die* etiam *dille* euphoniae gratia.

4. Sunt denique Nomina, quae pluralem individualitatis causa non admittunt; talia sunt:

a) Nomina propria, uti: *Marcu* Marcus, *Constantinu* Constantinus, *Georgiu* Georgius, *Augustinu* Augustinus, *Aurelianu* Aurelianus, *Mercuriu* Mercurius, *Junone* Juno, *Adria* Adria, *Roma* Roma, *Germania* Germania, *Persia* Persia, *Januariu* Januarius, *Septembre* September etc.

Nisi fiant appellativa, quae tunc pluralem quoque habere possunt, uti: *Ciceroni*, magni oratores, *Alessandri*, celebres heroës, *Traiani*, optimi imperatores, *Maroni*, insignes poëtae, *Luciani*, mordaces satyrici, *Aristoteli*, magni philosophi etc.; tum nomina provinciarum, dum magis partes unum integrum constituentes designant, uti: *Gallie*, provinciae Galliam efficientes, *Dacie*, partes universae Daciae, *Indie*, ambae Indiae peninsulae etc. Sic etiam juga montium, *Apennini* Apennini, *Carpati* Carpathi, *Alpi* Alpes etc.; et urbium nomina pluralem tantum habentia, uti: *Parisi* Parisii, *Bucculesci* Hilariopolis, *Atene* Athenae, *Tebe* Thebae etc.

b) Abstracta, uti nomina virtutum, vitiorum, artium et scientiarum: *bonitate* bonitas, *directate* justitia, *intellectione* intellectio, *umanitate* humanitas; *tristetia* tristitia, *miseria* miseria, *fame* fames, *sete* sitis, *musica* musica, *Matematica* Mathesis, *Filosofia* Philosophia, *Jurisprudentia* Jurisprudentia, *Astronomia* Astronomia, quamquam haec non adeo stricte observentur, sed magis pro sensus necessitate usurpentur.


ESTU, ESTE, a Nominibus, habitum indicantia, uti: *onestu* honestus, *modestu* modestus, *funestu* funestus, *scelestu* scelestus, *celeste* vel *celestu* coelestis.

ESTRU, ESTRE, uti: *selvestru* silvester, *terrestre* vel *terrestru* terrestris, *pedestre* vel *pedestru* pedestris, *campestre* vel *campestru* campestris. Huc pertinent Substantiva: *capestru* capistrum, *magestru* magister, *minestru* minister.

ESCU, a Nominibus, uti: *canescu* caninus, *ferescu* ferinus brutalis, *ominescu* humanus, *dominescu* dominalis; tum a Nationibus derivata, uti: *francescu* francicus, *anglescu* anglicus, *romanescu* romanicus, *turcescu* turcicus, *russescu* russicus.

Cave a duplicibus, uti: *organicescu,* vel plane triplicibus uti: *normalicescu,* pro *organicu, normale.*

ORE, antiqui comparativi gradus, uti: *superiore* superior, *inferiore* inferior, *interiore* interior, *esteriore* exterior, *citeriore*

citerior, *ulteriore* ulterior, *anteriore* anterior, *posteriore* posterior, *maiore* maior, *minore* minor.

IMU, ISSIMU, EMU, antiqui superlativi, uti: *massimu* maximus, *minimu* minimus, *intimu* intimus, *infimu* infimus, *ultimu* ultimus; tum: *supremu* supremus, *estremu* extremus, *postremu* postremus, *summu* summus; *carissimu* carissimus, *clarissimu* clarissimus, *illustrissimu* illustrissimus, *eccellentissimu* excellentissimus; et ordinalia dominicas indicantia, uti: *trigesima* trigesima, *quadragesima* quadragesima, *quinquagesima* quinquagesima, *sessagesima* sexagesima, *septuagesima* septuagesima; a Substantivis orta: *maritimu* maritimus, *legitimu* legitimus, *finitimu* finitimus.

VERBA.

Verba derivantur:

1. a Substantivis, praecipue adnexis Praepositionibus, uti: *frenare* vel *infrenare* frenare, a *frenu* frenum; *carminare* vel *scarminare* carminare, vellicare, a *carme* carmen; *adaquare* adaquare, ab *aqua* aqua, *nominare* nominare, a *nome* nomen; *culminare* culminare, a *culme* culmen; *luminare* luminare, a *lume* lumen; *dominare* dominari, a *dominu* dominus; *judicare* judicare, a *judice* judex; *scollare* extollere, a *collu* collum, *infebrare* dolore percellere, a *febre* febris, *inferrare* ferrare, a *ferru* ferrum, *informosetiare* pulchrum reddere, a *formosetia* pulchritudo; *imbraciare* amplecti, a *braciu* brachium; *imbraccare* induere, a *bracca* bracca; *incalciare* calciare, a *calciu* calceus; *inserare* vesperascere, a *sera* vespera; *innoctare* pernoctare, a *nocte* nox, *ussorare* uxorem ducere, ab *ussore* uxor; *maritare* nubere, a *maritu* maritus; *pulicare* pulices quaerere; a *pulice* pulex; *peduclare* pediculos quaerare, a *peduclu* pediculus; *rossinare* erubescere, a *rossine* rubor; *fermentare* fermentare, a *fermentu* fermentum; *victimare* laedere, a *victima* laesio; *suggusiare* suffocare, a *gusia* guttur.

2. ab Adiectivis, uti: *albire* dealbare, ab *albu* albus; *acrire* acidum reddere, ab *acru* acer; *immolliare* mollire, a *molle* mollis *inviuare* reviviscere, a *viuu* vivus; *intristare* contristari, a *tristu* tristis; *inferventare* fervescere, a *fervente* fervens; *indurare* indurare, misereri, a *duru* durus; *indegnare* indignari, incitare, a

degnu dignus; *instraniare* peregrinari, a *stranin* extraneus; *orbicare* caecutire, ab *orbu* caecus; *rapidire* praecipitare, a *rapidu* rapidus; *insanitosiare* convalescere, a *sanitosu* sanus; *ingrossiare* impregnare, a *grossu* crassus.

3. a Numeralibus, uti: *unire* unire, ab *unu* unus; *secundare* secundare, a *secundu* secundus; *decimare* decimare, a *decimu* decimus.

4. a Verbis, uti: *indirectare* inviare, a *dirigere* dirigere; *cantare*, a canere; *morsicare* mordere, a mordere; *versare* fundere, a vertere; *salutare* salutare, osculari, a salvere; *capitare* accipere, a capere.

5. a Particulis, uti: *manicare* summo mane movere, a mane; *negare* negare, a *neci* nec; *intrare* intrare, ab *intru* intro; *superare* superare, a *supra* supra; *amblare* ambulare, ab ambi.

Terminationes Verborum.

Cum Verba derivata tantum ad primam et quartam coniugationem pertineant, patet tantum has particulares habere terminationes, et quidem:

ICARE, a Nominibus et Verbis, uti: *ferricare* ferro obducere, *incarricare* onerare currum, *incaballicare* adscendere equum, *ingrauicare* impregnare, *collicare* decumbere, *quericare* vel *quercare* quaerere, inquirere, *sorbicare* sorbillare, *mesticare* miscere, *morsicare* vel *mosicare* mordere, *missicare* movere, *adurmicare* sagire.

ILARE, uti: *secilare* sicilire, metere; *vagilare* vagire, *jubilare* jubilare.

ULARE, uti: *tremulare* tremere, *usturale* ustulare, *bucculare* gaudere, *spendulare* suspendere, *scutulare* excutere, *turbulare* turbare, *ventulare* ventilare.

TARE, *SARE*, *ATARE*, *ITARE*, *UTARE* frequentativa, uti: *cantare* cantare, *arrectare* indicare, *versare* fundere, *cacatare* frequenter cacare, *parsitare* parcere, *dormitare* dormitare, *imbebitare* inebriare, *quercitare* quaerere, investigare; *vagitare* vagire, *sternutare* sternutare, *salutare* osculari.

TIARE, uti: *inscientiare* notum facere, *incredentiare* confidere, *inaltiare* extollere, *imformosetiare* pulchrum reddere.

ISARE, uti: *organisare* organisare, *germanisare* germanisare.

Deinde multa alia a Nominibus derivata, quae praesentem personam in *ediu* formant, in infinitivo vero nullam peculiarem terminationem habent, uti: *departare*, prima persona *departediu* amoveo; *strinctare*, *strinctediu* stringo; *suptiliare*, *suptiliediu* subtilem facio, etc.

Tum quartae coniugationis desinentia in *ire*, et praesens tempus in *escu* formantia, uti: *impartire impartescu* impertior, *immultire*, *immultescu* multiplico; *imblandire*, *imblandescu* cicuro; *irrossire*, *irrossescu* rubefacio; *lungire*, *lungescu* prolongo etc.

Cavendum a desinentibus in *uescu* et magis adhuc in *aluescu*, quae vitiosa sunt; imo etiam terminatione *escu* admodum caute utendum.

PARTICULAE.

Particulae sunt in genere primitivae, quapropter de earum derivatione tantum, quod Adverbia attinet, sermo esse potest, nam nisi horum quaedam aliunde emanant. De his autem sequentia tenenda:

1. Adverbia ab Adiectivis in *u* desinentibus orta, eodem modo desinunt, quo horum genus masculinum, ast nullam ulteriorem variationem admittunt, terminanturve ordinarie in latino in *um* vel *o*, uti: *quantu* quantum, *multu* multum vel multo, *paucinu* parum, *raru* raro, *desu* dense, *formosu* pulchre, *bucculosu* libenter, *caldu* calide, *reu* male, *desatullu* satis, *addeveratu* revera.

Sequentia vero Adverbia transeunt in *e*, uti: *bene* bene, *male* male, *subite* subito, *rapide* repente, *peculiare* peculiariter, *altramente* aliter, alio modo.

Tum Adiectiva desinentia in *icu* vel *escu* uti: *publice* publice, *poetice* poëtice, *romanice* vel *romanesce* romanice, *grece* vel *grecesce* graece, *francice* vel *francesce* francice, *turcice* vel *turcesce* turcice, *russice* vel *russesce* russice, *barbarice* vel *barbaresce* barbarice, *feresce* brutaliter, *dominesce* dominaliter.

2. Adiectiva in *e* desinentia, immota adverbialem sensum admittunt, uti: *forte* fortiter valde, *felice* feliciter, *dulce* dulciter, *molle* molliter, *subtile* subtiliter.

3. A Verborum participiis orta pariter immota manent, uti: *fervente* ferventer, *sapiente* sapienter, *directu* recte, *curatu* vel *puratu* pure; *minutu* minutim, *umilitu* humiliter.

Gerundia alioquin per se sunt adverbia, uti: *currendu* currendo, cito, *cadendu* cadendo, praecipitanter, *passandu* transeundo.

4. Praepositiones absque casu Nominum Adverbia fiunt, uti: *inante* antrorsum, *inderetru* retrorsum, *susu* sursum, *diosu* deorsum versus, *inintru* intus, *afora* extus, *inquace* horsum, *inquollo* illorsum, *desupra* supra, *desuptu* subtus.

DE COMPOSITIONE.

Respectu Compositionis vocabula sunt aut *simplicia* aut *composita;* Simplicia vocantur, quae una solummodo radice consistunt; composita vero, quae e duabus vel etiam pluribus primitivis vel derivatis conflantur. Compositorum secundum vel ultimum locum occupans respicitur velut basis compositionis.

NOMINA SUBSTANTIVA.

Nomina Substantiva componuntur:

1. Cum aliis Substantivis, uti: *Dominedeu* Deus, e *Dominu* Dominus et *Deu* Deus; *casarma* contubernium militum, e *casa* domus et *arma* arma; *luceferu* lucifer, e *luce* lux et *feru* ferens; *nocteluca* noctiluca, lemures, e *nocte* nox et *luce* lux; *manestergula* mantile, e *mana* manus et *stergula* lacinia abstergens; *caudabatula* motacilla, e *cauda* cauda et *batula* vibrans.

2. Cum Adiectivis, uti: *bonavolentia* benevolentia, e *bona* et *volentia* voluntas; *mediulocu* medium, e *mediu* medius et *locu* locus; *mediadia* meridies, e *mediu* medius et *dia* dies; *medianocte* media nox, e *media* et *nocte* nox; *vagioclu* strabo, e *vagu* vagus et *oclu* oculus; *omnipotentia* omnipotentia, ex omni et potentia.

Huc referuntur nomina sanctorum, uti: *Sancta-Maria*, *Sancta-Barbara*, *Sanctu-Georgiu*, *Sanctu-Demetriu*, *Sanctu-Juanne*, *Sanctu-Martinu*, *Sanctu-Nicola*, *Sanctu-Petru*, *Sanctu-Paullu*, *Sanctu-Teodoru*, *Sanctu-Basiliu*.

3. Cum Numeralibus, uti: *trifoliu* trifolium, *unicornu* unicornis, *centimanu* centimanus, *primavera* primum ver.

4. Cum Verbis, uti: *batejocula* ludibrium, e *batere* batuere et *jocu* jocus; *cacasange* dissenteria, e *cacare* et *sange* sanguis; *cacafrica* pusillanimis, e *cacare* et *frica* timor; *cacaredia* stercus caprarum, e *cacare* et *edu* hoedus; *carelegi* bacchanalia, a *care* caret et *legi* leges.

5. Cum Adverbiis, uti: *benevolentia* benevolentia, *benedicentia* benedictio, *beneficentia* beneficium, *maledicentia* maledictio; *malevolentia* malevolentia, *maleficentia* maleficentia, *satisfactione* satisfactio.

6. Cum Praepositionibus:

AB, uti: *abundantia* abundantia, *assentia* absentia, *assurditate* absurditas, *astinentia* abstinentia.

Plerumque vero ex *abs* solet *ab* omitti, uti: *stergariu* loco *astergariu* mantile.

AD, uti: *adappostu* refugium, *adunatura* congregatio, *addeveru addeverentia* veritas; *adjutoriu*, *adjutorientia* auxilium; *accoperimentu* tegumentum, *applicatione* applicatio.

AMBI, uti: *ambitione* ambitio, *ambiguitate* ambiguitas.

ANTE, uti: *antecessori* antecessores, *antenati* antenati.

CON, uti: *commandu* mandatum, *commatre* commater, *compatre* compater, *consocru* consocer, *consocra* consocrus, *connoscentia* cognitio, *communicatura* communio, *collectione* collectio, *correctione* correctio, *conventu* conventus, concio, dictio.

CIRCUM, uti: *circumstantia* circumstantia, *circumcisione* circumcisio, *circumscriptione* circumscriptio.

CONTRA, uti: *contradictione* contradictio, *contraversia* contraversia.

DE, uti: *desertatione* vanitas, *departatione* remotio, *decisione* decisio, *definitione* definitio, *desperatione* desperatio, *demanetia* matutinum.

DIS, uti: *discantatura* excantatio, *dissacci* bisaccium, mantica; *differentia* differentia, *distinctione* distinctio, *dispositione* dispositio, *distantia* distantia, *discarminatura* explicatio, *discarricatura* exoneratio.

ES, uti: *essemplu* exemplum, *espectatione* exspectatio.

Plerumque vero *e* omitti solet, uti: *scambiu* vel *scambu* cambium *spauimentu* pavor, *stricatura* destructio.

IN, uti: *imbraccamentu* indumentum extremorum inferiorum, *incalciamentu* calceamentum, *instrumentu* intrumentum, *intristatione* contristatio, *intemperantia* intemperantia, *immoliatoriu* molliens, *impacatoriu* conciliator, *invetiatura* doctrina.

INTER, uti: *interrogatione* interrogatio, *intellectione* intellectio, *interpretatione* interpretatio, *introductione* introductio.

OB, uti: *oblitatoriu* obliviscens, *obligatione* obligatio, *occisione* occisio, *oppressione* oppressio, *ossicatura* exsiccatio.

PER, uti: *peramblatura* perambulatio, *perveglantia* vigilatio, *permanentia* permanentia.

PRE, uti: *presentia* praesentia, *prestantia* praestantia, *predicatoriu* concionator *prejudeciu* praejudicum.

PRO, uti: *promutatoriu* commodator, *processu* processus, *progressu* progressus, *pronuncia* pronunciatio.

RE, uti: *remanentia* remanentia, *responsu* responsum, *repausu* quies, *reductione* reductio, *restantia* restantia residuum, *resonatoriu* resonans.

SE, uti: *separatione* separatio, *seductione* seductio.

SUB, uti: *subala* axilla, subalare; *suppositione* suppositio, *suttractione* subtractio, *sustantia* substantia.

SUPER, uti: *supercelia* supercilium, *superstitione* superstitio.

TRANS, uti: *transpositione* transpositio, *tramutatione* transmutatio, *tramissione* transmissio.

NOMINA ADIECTIVA.

Nomina Adiectiva componuntur:

1. Cum Substantivis, uti: *belluamuta* vel *belluamutu* stolidus e *bellua* bellua et *mutu* mutus, *scientificu* scientificus e *scientia* scientia et faciente.

2. Cum Adiectivis, uti: *dulceamaru* dulcamarus, e *dulce* dulcis et *amaru* omarus, *omnipotente* omnipotens, ex omni et potente; *magnificu* magnificus, e magno et faciente.

3. Cum Adverbiis, uti: *beneficu* beneficus, e *bene* et *faciente*, *maleficu* maleficus e *male* et *faciente*; *nesciutu* nescius, e *ne* et *sciente*; *negligente* negligens, e *neci* nec et *legente* legens.

4. Cum Praepositionibus, uti: *assurdu* absurdus, *ambitiosu* ambitiosus, *affundu* profundus, *circumcisu* circumcisus, *conveniosu*

conveniens, decens; *consutu* consutus, *directu* justus, *discultiu* pedibus nudus, *invetiatu* doctus, *intellectu* sapiens, *perdutu* perditus, *preclaru* praeclarus, *prolungatu* prolongatus, *oscuru* obscurus, *scurtu* curtus, *estraordinariu* extraordinarius, *stricatu* destructus, *repostu* repositus, *sedussu* seductus, *supposiu* suppositus, *selectu* selectus, *tramissu* tramissus.

NUMERALIA.

Haec plerumque interse componuntur interiectis Praepositionibus vel Coniunctionibus, efficiuntque compositiones sic dictas improprias.

Absolutae sunt: *douedeci* viginti, *treideci* triginta, *quatrudeci* quadraginta, *quindeci* quinquaginta etc.; interiecta Praepositione *supre*, uti: *unu supre dece* undecim, *doui supre dece* duodecim, *trei supre dece* etc.; Coniunctione *et* uti: *douedeci et unu* viginti et unum, *douedeci et doui* etc. *quindeci et quatru* etc.; Interiecta Praepositione *de* uti: *octudeci de milli* octo decim millia, *douedeci de milli* etc.

Multiplicativa maiores compositiones improprias efficiunt, uti: *de doue ori* bis, *de trei ori* ter, *de quatru ori* quater etc.; tantum *una data* vel *una ora* semel.

Distributiva uti: *doui ensi* bini, *trei ensi* terni, *quatru ensi* quaterni, *quinqui ensi* quini etc.; non sunt compositiones sed reipsa constructiones, ideoque ad Syntaxim referuntur.

PRONOMINA.

Pronomina singulares sibi proprias formant compositiones, uti: *quine* quisnam? *mene* memet, *tene* temet, *sene* semet; *estu, questu, aquestu* iste; *ellu, quellu, aquellu* ille; *ensu, densu, adensu* ipse; *estu-à, questu-à, aquestu-à* hicce; *ellu-à, quellu-à, aquellu-à* is; *quale-à* qualis, qui; *quantu-à* quantus; *alequi, alequine* aliquis; *aleque* aliquid; *alequale* quidam; sic etiam: *alequantu* aliquantus, *alequandu* aliquando, *alequomu* aliquomodo, *siaqui* quiscunque, *siaque* quidcunque, *siaquine* quiscunque, *nesqui, nesquine* quidam; *nesque* quiddam; *quiva, quineva* quivis, aliquis; *queva* quidvis, aliquid; *quantuva* quantumvis, aliquantum; *quanduva* aliquando, *quomuva* aliquomodo, *undeva* alicubi, *neciunu* nullus, *velumu* aliquis, *atantu* tantus, *atale* talis, *contale* talis quidam.

VERBA.

Verba componuntur:

1. Cum Subtantivis, uti: *segnificare* significare, e *segnu*, signum et *facere* facere: *edificare* aedificare, ab aede et facere.

2. Cum Adiectivis, uti: *multiplicare* multiplicare e *multu* multum et *plicare* plicare; *sanctificare* sanctificare, e *sanctu* sanctus et *facere* facere.

3. Cum Numeralibus, uti: *triplicare* triplicare e *trei* tres et *plicare* plicare.

4. Cum Pronominibus, uti: *qualificare* qualificare e *quale* qualis et *facere* facere.

5. Cum Verbis, uti: *batejoculare* vel *batejoculire* illudere e *batere* batuere et *jocare* jocari.

6. Cum Adverbiis, uti: *introducere* introducere ex *intru* intro et *ducere* ducere; *nescire* nescire e *ne* et *scire*; *benedicere* benedicere, e *bene* et *dicere*; *benevolere* benevolle e *bene* et *volere* velle; *maledicere* maledicere e *male* et *dicere*; *satisfacere* satisfacere e *satis* et *facere*.

7. Cum Praepositionibus, et quidem:

AB: *abbatere* declinare, *abiectare* abiicere, *ablubricare* lubricare, *assolvere* absolvere.

AD: *adaugere* adaugere, adiicere, *adaquare* adaquare, *adunare* coadunare, congregare, *accurrere* accurrere, *accoperire* cooperire, *addere* addere, *adducere* adducere, *adjungere* adiungere, adsequi; *adumbrare* adumbrare, *affumare* perfumare, *affundare* profundare, immergere, *adjutare* adiuvare, *allaterare* conferre, *allenare* adlevare, *ammesticare* admiscere, *ammenitiare* minitari, *apperare* defendere, *appesare* premere, *applicare* applicare, *apprendere* accendere, *assediare* stabilire, *assecurare* affirmare, *assonare* adsonare, *attingere* attingere, *attitiare* excitare ignem.

ANTE: *antecedere* antecedere, *anteponere* anteponere, *antestare* antestare.

CON: *combatere* pugnare, *commandare* mandare, *comperare* emere, *computare* computare, temperare; *concedere* concedere, *conducere* conducere, *conflare* conflare, intumescere; *congiurare* vel *incongiurare* circumdare, *conjugare* coniugare, *collegere* col-

ligere, *communicare* communicare, *connoscere* cognoscere, *comprendere* comprehendere, *corregere* corrigere, *corrumpere* corrumpere, *constare* constare, vivere; *contaminare* contaminare, *convenire* convenire, *comtremulare* contremere, *conventare* concionari, loqui.

CONTRA: *contradicere* contradicere, *contrediare* (contraaudere) audere, *contraponere* opponere.

CIRCUM: *circumcidere* circumcidere, *circumducere* circumducere *circumscribere* circumscribere, *circumstare* circumstare.

DE: *debatere* decutere, *decidere* decidere, *deducere* deducere, *defendere* defendere, *degradare* deponere, *delungare* prolongare, removere; *demanare* vel *indemanare* asvefacere, *denotare* denotare, *deoclare* fascinare, *departare* removere, *deponere* deponere, *deramare* ramis privare, *desertare* deserere, vacuare; *detragere* detrahere.

DIS: *disbatere* disputare, *disarmare* armis exuere, *disbebitare* crapulam exhalare, *disbinare* seiungere, *disbraccare* exuere, *discantare* excantare, *discarricare* exonerare, *disclauare* dissolvere, *discingere* cingulum solvere, *discuniare* reserrare, *diffamare* diffamare, *diffasciare* fascias solvere, *disjugare* ex jugo solvere, *dislegare* absolvere, *dismaniare* iram missam facere, *disnodare* nodum solvere, *dispedicare* compede solvere, *disquamare* exsquamare, *distupare* obturaculum solvere, *disvetiare* dedocere, *disunire* separare.

ES: *essaminare* examinare, *espectare* exspectare, *espumare* expumare, *elegere* eligere, *elargare*, *elungare* fugare.

In reliquis e plerumque omittitur, uti: *scaldare* balneare, *scapare* liberare, *scapirare* ignem elicere, *scarminare* excarminare, *scarpinare* scabere, *scambare* excambiare, *scollare* levare, *scottere* excutere, educere; *scurrere* excurrere, *scutulare* quatere, *spellare* lavare, *spauimentare* exterrere, *spauoriare* terrefacere, *spanticare* lacerare, *spulverare* pulverare, *stricare* destruere, *svolare* auvolare, *sventare* exsiccare.

IN: *inaurare* inaurare, *imbinare* combinare, *imbraccare* induere, *imbonare* meliorare, *imponere* imponere, *immolliare* immollire, *immultire* multiplicare, *impacare* reconciliari, *impartire* impertiri, *implantare* plantare, *imputare* imputare, *inaltiare* extollere, *incaldire* calefacere, *incepere* incipere, *incessare* cessare, *inclinare* inclinare, dedicare; *includere* includere, *incuniare* clau-

dere, *indegnare* indignari, *indemnare* incitare, *indirectare* inviare, *infarinare* farinare, *inflare* inflare, *infrontare* reprehendere, *inganare* subsannare, *inglaciare* congelare, *iniectare* iniicere, praecipitare; *innecare* immergere, *innodare* nodare, *illuminare* illuminare, *irradicinare* radicare, *insanginare* sanguinare, *insarcinare* onerare, *insellare* imponere, *insegnare* indicare, *intemplare* evenire, *intempinare* convenire, *intristare* contristari, *injugare* iniungere, *injurare* iniuriari, obsecrare; *inveclare* inveterasci, *inverdire* virescere, *inviuare* reviviscere, *investire* vestire, *invitare* invitare, *invetiare* docere, discere; *invocare* invocare.

INTER: interdicere interdicere, *interiectare* interiicere, *intellegere* intelligere, *interrogare* interrogare, *interponere* interponere, *interpretare* interpretari.

OB: oblitare oblivisci, *oblegare* obligare, *occidere* occidere, *oddormire* obdormire, *abiectare* obiicere, *ommutire* obmutescere, *opproibire* prohibere, *ossuprire* opprimere, *ossurdire* obsurdescere, *ossicare* exsiccare.

PER: peramblare deambulare, *percepere* percipere, *pergiurare* vel *impergiurare* cingere, *permandare* mandare, *permutare* permutare, *perunare* vel *imperunare* coniungere, *persalare* sale conspergere, *perveglare* vigilare.

PRE: predicare praedicare, concionari; *prejudicare* praeiudicare, *prefacere* transformare, *prelingere* praelambere, *preponere* praeponere, suspicari; *prescribere* praescribere, *presentire* praesentire.

PRO: procedere procedere, *producere* producere, *profundare* immergere, *progredere* progredi, *prolungare* prolongare, *promutare* vel *impromutare* commodare, *pronunciare* pronunciare, *proponere* proponere, *proscribere* proscribere.

POST: posponere postponere, *possedere* possidere, *porrigere* porrigere.

RE: reclamare revocare, *rebatere* decutere, *reputare* reputare, *rediquare* erigere, *remanere* remanere, *repausare* quiescere, *reponere* reponere, *respondere* respondere, *resalire* resurgere, *resonare* resonare, *reversare* refundere.

SE: seducere seducere, *selegere* seligere, *separare* seponere.

SUB: subire ascendere, *sufferire* sufferre, *sufflare* flare, *suggusiare* suffocare, *summittere* submittere, *supponere* supponere, *surrupare* corruere, *suscribere* subscribere, *suttragere* subtrahere, *sustinere* sustinere.

SUPER: supercernere supercernere, *superponere* superponere, *supervenire* supervenire.

TRANS: transcolare percolare, *transpungere* transfigere, *traiecere* traiicere, *tramittere* mittere, *tradere* tradere, *traducere* traducere, *trauiuire* vivere, *tramutare* vel *stramutare* transmutare.

ADVERBIA.

Adverbia composita alia sunt *propria*, alia vero *impropria*; solent autem plerumque e Praepositionibus simplicibus coalescere, uti: *adensu* serio, studio, *apenà* vix, *atantu* tantum, *asati* satis, *aici* hic, *aquollo* ibi, *afora* foris, *aprope* prope, *asupra* supra, *amù* modo, mox; *anunci* nunc, *atunci* tunc, *apoi* postea, *adi* hodie, *adesu* saepe, *ararti* raro; *inante* antrorsum, *inderetru*, *inapoi* retrorsum, *inquace* horsum, *inquollò* illorsum, *inintru* introrsum, *inafara* extrorsum, foras; *insusu* sursum, *indiosu* deorsum, *deplenu* perfecte, *desati* satis, *desatullu*, *de adjunsu* sufficienter, *deici* hinc, *departe* procul, *desupra* supra, *desuptu* subtus, *desusu* desuper, *dediosu* ab infra, *delateri* penes, *deretru* retro, *demultu* pridem, olim; *deaquollo* illinc, inde, *deafora* ab extus, *deaprope* cominus, *d' inquace* citra, *d' inquollo* ultra, *d' inante* abante, *d' inapoi*, a tergo, *d' inderetru* a posteriori, *d' insusu* a supra, *d' indiosu* ab infra, *d' inintru* ab intus, *d' inafaru* ab extus, *dedemultu* a longo tempore, *dedeparte* eminus, *dedesuptu* ab infra, *deanunci* a nunc, a modo, *deatunci* a tunc, *deapena* vix, *deasupra* superne; *pre ici* hac, *pre aici* hac, *pre aquollo* illac, *pre desupra* superius, *pre desuptu* inferius, *pre d' insusu* superne, *pre d' indiosu* inferne, *pre d' inante* abante, ab antico; *pre d' inapoi* a postico, *pre d' inquace* ab hac, *pre d' inquollò* ab illa, *pre totinde* ubique, *deunadi* nuper, *de una data* unà, *de altra data* alias; *pino anunci* hucusque, hucdum; *pino atunci* eousque, *pino unde* quousque, *pino quandu* quoadusque, *pino que* quousque, *pino aici* hucusque, *pino aquollo* eousque, *pino adi* hodiedum, *pino eri* usque heri, *pino mane* usque cras; *quomu* quomodo, *alequomu* aliquomodo, *alequandu* aliquando,

aleunde alicubi, *alequantu* aliquantum, *alibe* alibi, *necalibe* nullibi, *quomuva* quomodocunque, *quanduva* quandocunque, *undeva* alicubi, *quantuva* quantumvis, aliquantum; *siaquomu* quomodocunque, *siaquandu* quandocunque, *sia unde* ubicunque, *sia quantu* quantumcunque, *adi* hodie, *adi sera* hodie vesperi, *adi nocte* hac nocte, *adi demanetia* hodie mane, *esta di* hodierno die, *esta sera* hac vespera, *esta nocte* hac nocte, *esta demanetia* hoc mane; *eri* heri, *eri sera* heri vesperi, *eri nocte* hesterna nocte, *eri demanetia* heri mane; *mane* cras, *mane sera* cras vesperi, *mane nocte* cras noctu, *mane demanetia* cras mane; *à mediadia* meridie, *dupo mediadia* post meridiem, *inante de mediadia* ante meridiem; *à medianocte* media nocte, *dupo medianocte* post mesonyctium; *inante de medianocte* ante mesonyctium, *dupo prandiu* post prandium, *dupo cena* post coenam, *inante de prandiu* ante prandium, *inante de cena* ante coenam; multaque alia ex diversis orationis partibus composita, adverbialem sensum admittentia, ex usu addiscenda.

PRAEPOSITIONES.

Praepositiones componuntur, cum aliis Praepositionibus, et quidem, vel minores interse, vel minores cum maioribus, uti: *prope, aprope, deadrope, predeaprope* prope; *ante, inante, d' inante, pre d' inante* ante; *intre, d' intre* inter; *supre, desupre, pre desupre* super; *longo* penes, *de longo*; *pre longo*; *intru* intra, *adintru, inadintru, d' inadintru, pre d' inadintru; retru* retro, *deretru, inderetru, d' inderetru, pre d' inderetru; suptu* subter, *desuptu, dedesuptu, pre dedesuptu; supra* supra, *asupra, deasupra, dedesupra, pre desupra, pre deasupra; fora* foris, *afora, deafora, pre deafora, d' inafora, pre d' inafora; inquace* horsum, *d' inquace, pred' inquace; inquollò* illorsum, *d' inquollo pre d' inquollo.*

Ex Substantivis conflatae sunt et tantum sensum, non autem formam, Praepositionum habent: *in capu* initio, *in fronte* in fronte, *in facia* coram, *in dosu* in dorso, *in tornu* circa circum, *impergiuru* circum, in gyro, *in pectu* e regione, *in modu* modo, *in forma* forma, *in mediu* in medio, *in locu, in vice* vice; *in cauda* ultimo loco, *in urma* ultimo, *in consequentia* consequenter, *in respectu* respectu, *in fine* in fine.

PARS SYNTACTICA.

Syntaxis, qua altera pars Grammaticae, aut singularum dictionum ad integras sententias efficiendas Constructionem docet, aut ipsarum sententiarum, seu Propositionum simplicium ordinationem, secundum mutuam relationem, proponit; quapropter in duas abit sectiones, quarum prima *Syntaxim Dictionum*, secunda *Syntaxim Sententiarum* continet.

SECTIO PRIMA.

SYNTAXIS DICTIONUM.

Investigavimus hucusque in Analysi vocabulorum separatim conceptus simplices primitivos, tum etiam derivatos; deinde conceptus quoque compositos attigimus, quatenus nimirum aut uno vocabulo aut pluribus, ita tamen inter se nexis, ut grammatice saltem tanquam unum inseparabile respici deberent, exprimuntur: disquirendi nunc veniunt conceptus compositi, et quidem pluribus aperte ab invicem distinctis dictionibus consistentes, sed sociatim comparentes; deinde judicia e variis conceptibus mutua relatione inter se coniunctis enata, quae verbis expressa *Propositiones grammaticas* efficiunt, discutienda sunt.

Conceptus compositi partes principales sunt: *Suppositum*, hoc est, cogitatum primarium absolutum, rem suis limitibus constrictam exprimens, et *Appositum*, hoc est, cogitatum secundarium notam rei Supposito conceptae reddens. Ambo haec cogitata possunt contineri uno vocabulo simplici, uti: *Deu* Deus, scilicet, Ens supremum, aut uno vocabulo composito, uti: *Dominedeu* Dominus Deus; ast qua talia, ut superius monuimus, obiectum Syntaxeos non sunt: aut vero pluribus vocabulis determinativis exprimuntur, uti: *Do-*

minedeu addeveratu, Deus verus, vel pluribus circumscriptivis efferuntur, uti: *Dominedeu amatoriu de omini* Deus amator hominum vel amans homines.

Iudicii partes principales sunt: *Subiectum,* hoc est, conceptus per se subsistens, aut qua tale cogitatum, de quo aliquid asseri potest, et *Praedicatum* sive Verbum, hoc est, adsertum, sive id, quod de Subiecto dicitur. Ambo hi conceptus possunt solo Verbo contineri, uti: *ninge* ningit, vel separatim enunciari, uti: *Antoniu scribe* Antonius scribit, aut aliis conceptibus propius determinari, uti: *Antoniu scribe istoria 'la Romani 'loru* Antonius scribit historiam Romanorum.

Tam in conceptibus compositis Suppositum et Appositum, quam in judiciis simplicibus Subiectum et Praedicatum, tum inter se, tum cum reliquis cogitatis convenire debent, quod in Orationis partium Convenientia seu Congruentia consistit, Syntaximque Concordantiae efficit.

SYNTAXIS CONCORDANTIAE.

Orationis partes ad eandem rem pertinentes inter se accurate convenire debent. Hinc:

I. Substantivum requirit Adiectivum, Pronomen et Participium in genere, mumero et casu, uti:

omu bonu,	homo bonus.
muliere formosa,	mulier formosa.
aqua calda,	aqua calida.
vinu nouu,	vinum novum.
erba verde,	herba viridis.
peli negri,	pili nigri.
monte inallu,	mons altus.
casa mica,	domus parva.
omini diuetiosi,	homines divites.
tempori felici,	tempora felicia.
mustu dulce,	mustum dulce.
penne albe,	pennae albae.
aquestu caballu formosu,	hic equus pulcher.
multi romani armati,	multi romani armati.
altre capite altre cogîle,	alia capita alia cogitata.

Unu popillu pectinatu,	Puer comtus.
Una sagetta acutita,	Sagitta acuta.
Doue vergini petite,	Duae virgines petitae.
Frate teu jace mortu,	Frater tuus jacet mortuus.
Multi omini nu sciu que facu,	Multi homines non sciunt quid faciunt.
Facie bone et intellecte su forte rare,	Opera bona et prudentia sunt valde rara.
Estu omu e mai invetiatu quà quelli altri,	Iste homo est doctior, quam reliqui.
Unu turannu abe mai multi servi quà amici,	Tyrannus plures habet servos, quam amicos.

II. Substantivum alii Substantivo, ut Appositum junctum, cum eodem in casu, et ubi fieri potest, in genere et numero, convenire debet, e. g.

Traianu imperatoriu vinse Dacia 'la et la suppose Romani 'loru.	Imperator Traianus Daciam devicit et Romanis subiecit.
Cauta auru, metallu creatu supre infelicitate 'la omini 'loru.	Quaerunt aurum, metallum ad infelicitatem hominum creatum.
Temperantia 'la, vertute primaria contra sene ensusi, nu e connoscuta de toti quali la predica.	Temperantia, virtus primaria erga semet ipsum, non noscitur ab omnibus, qui eam praedicant.
Paullu, patre meu e forte morbosu.	Paullus, pater meus, est valde morbosus.
Numa Pompiliu corresse legi 'le politice et diuine; quelle que elesse furo clamate religione, quelle que remasero à vulgu se dissero superstitione.	Numas Pompilius correxit leges politicas et sacras; quas elegit vocatae sunt, religio, quae superstetere penes vulgus, dictae sunt, superstitio.

III. Subiecto in Nominativo consentit Verbum, ut Praedicatum, in numero et persona, e. g.

Petru scribe.	Petrus scribit.
Demetriu lege.	Demetrius legit.
Marcu plange.	Marcus plorat.

Aqua 'la ferve.	Aqua fervet.
Erba 'la cresce.	Herba crescit.
Oui 'le pascu.	Oves pascuntur.
Quinqui juueni caduro in ella batalia.	Quinque juvenes ceciderunt in illa pugna.
Noi connoscimu bene 'le et facimu reu.	Noscimus bonum et facimus malum.
Egu judicu quo voi nu ve portati bene.	Censeo, quod vos non bene vos geratis (non bene vos gerere.)

Nota 1. Subiectum, si Pronomen fuerit, omittitur in prima et secunda persona Verbi, quum claritas id admittit, e. g.

Nu potiu intellegere que abi scrissu.	Non possum intelligere quid scripsisti.
Veniti quandu ve espectamu.	Venite quando vos exspectamus.
Sumu plecati supre reu et querimu que nu se convene.	Nitimur in malum et petimus, quae non decent.
Laudamu facte 'le vostre, vero nu le urmamu.	Laudamus opera vestra, sed non imitamur.

2. Subiectum omittitur etiam in tertia persona Verbi, quum jam subintelligitur, nullaque ambiguitas obversatur; e. g.

Ploua de trei septimani.	Pluit a tribus septimanis.
Ninge, pergiti a casa!	Ningit, ite domum!
Nu se cade a dicere reu de amici 'li sei.	Dedecet male loqui de amicis.
Se dice quo Marcu e in Roma.	Dicitur Marcum Romae esse.
Mi pare quo mente.	Videtur mentiri.
Nu li sede bene in elle vestimente.	Non congruunt illi vestimenta.
Nu se convene a leuare pane' la filii 'loru et la querruncare cani 'loru.	Non oportet filiis panem adimere et canibus proiicere.

IV. Verbum substantivum *su* sum, requirit Participium, Nomen vel Pronomen, ut Praedicatum vel Appositum, cum Subiecto in casu et ubi fieri potest in genere et numero concordans; e. g.

Publiu e omu intellectu	Publius est homo prudens.
Aurelianu fù imperatoriu romanu.	Aurelianus fuit imperator romanus.
Luciu e ussoratu.	Lucius est matrimonio junctus.
Maria nu e maritata.	Maria non est nupta.
Pane 'la vostra nu e bene cocta.	Panis vester non est bene pistus.
Tota materia 'la e supposta mutatione 'lei.	Omnis materia est mutationi obnoxia.

Nu tote verbe 'le que diciti su addeverate.	Non omnia verba, quae dicitis, sunt vera.
Nu e totu que splende auru.	Non est omne id, quod splendet, aurum.
Nu toti omini quali nu audu su surdi.	Non omnes homines, qui non audiunt, sunt surdi.
Quelle que dice ellu nu su tote salate.	Ea quae ille dicit, non habent omnia salem veritatis.
Egu inquo su pictoriu.	Ego etiam sum pictor.

V. Post duo vel plura Subiecta in singulari, quae ratione conceptus, ut pluralia considerantur, sequitur Praedicatum in plurali numero, e. g.

Marcu, Luciu, Titu periro in batalia.	Marcus, Lucius, Titus perierunt in pugna.
Melu'lu et prunu'lu facu pome.	Malus et prunus ferunt poma.
Sestu et Juliu filii 'li lui Constantinu furo cu noi in Busantiu.	Sextus et Julius filii Constantini fuerunt nobiscum Byzantii.
Lupu 'lu et agnellu 'lu nu lega amicetia.	Lupus et agnus non ineunt foedus amicitiae.
Mercuriu et Venere su planete.	Mercurius et Venus sunt planetae.
Tata 'lu et fliu' lu plansero audindu morte'la lui Julianu.	Pater et filius ploraverunt audientes mortem Juliani.

Nota 1. Praedicatum post plura Subiecta masculini generis ponitur ad idem genus in plurali numero, e. g.

Patre 'le et fliu 'lu su grassi.	Pater et filius sunt pingues.
Lepore 'le et cane 'le nu se joca inseme.	Lepus et canis non ludunt simul.

2. Post plura Subiecta diversi generis ponitur Praedicatum ad genus masculinum, e. g.

Titu et Cornelia su popilli ausculatorii.	Titus et Cornelia sunt pueri obedientes.
Ursu 'lu et vulpe 'la su rapitorii.	Ursus et Vulpes sunt rapaces.

3. Post plura Subiecta foemININI generis ponitur Praedicatum ad idem genus in plurali numero, e. g.

Capra'la et oue 'la su lanose.	Capra et ovis sunt lanigerae.
Mana 'la et palma 'la su doue.	Manus et palma sunt duo.

4. Praedicatum ponitur ad numerum singularem cum proximo Subiecto in genere concordans

a) quando Subiecta tanquam unum continuum vel unus conceptus considerantur, e. g.

Ocli'li et capu'lu me dole.	Oculi et caput mihi dolet.
Vinu'lu et aqua e turbula.	Vinum et aqua est turbida.
Mente'la et anima'la mi se turbula vedendu aquesta indirectate.	Mens et animus turbatur videndo hanc iniustitiam.

b) quando unum inter reliqua praecipuum est, vel in uno reliqua concipiuntur, e. g.

Filii'li et Parente'le perse in ciuitate.	Filii et Parens ivit in civitatem.
Etate'la et forma et mai multu nome 'le romanu te face mai ferosu.	Aetas et forma et super omnia romanum nomen te ferociorem facit.
Neci Traianu neci Aurelianu nu fu cristianu.	Nec Traianus ne Aurelianus fuit christianus.

c) quando pro singulo Subiecto singulariter sumitur, e. g.

Cadù Marcu Antoniu et Quintu Cassiu.	Cecidit Marcus Antonius et Quintus Cassius.
Constantinu e in Parisi, Prudentiu in Vienna.	Constantinus est Parisiis, Prudentius Viennae.
Ursu 'lu e negru, vulpe'la rosia.	Ursus est niger, vulpes rufa.

5. Praedicatum post plures personas in plurali

a) nobiliorem sequitur, e. g.

Egu et soru mea venimu de à Venetia.	Ego et soror mea venimus Venetiis.
Tu et Porciu scribiti formosu.	Tu et Porcius scribitis pulchre.
Egu et voi scimu distingere reu'lu de bene.	Ego et vos scimus distinguere malum a bono.

b) vel in casibus superius indicatis 4) sequitur vicinius Subiectum, e. g.

Egu fui in ciuitate et ella pre campu.	Ego fui in urbe et illa ruri.
Spuriu mancaba carne, Antoniu casiu, egu pane.	Spurius edebat carnem, Antonius caseum, ego panem.

Res indeterminata tertia persona, foeminino genere exprimitur, nam subintelligitur *facta* res, e. g.

Aquesta-à nu mi place.	Hoc mihi non placet.
Aquella-à e mai bona qua aquesta-à.	Illud melius est hoc.
Aquesta-à nu ti sta bene, da-la lui Teodoru.	Hoc tibi non convenit, da id Theodoro!

VI. Praeter Verbum substantivum *esu* sum poscunt Nominativum Praedicati etiam alia Verba affinem significationem habentia; qualia sunt:

1. Verba existentiam indicantia, uti: *stau* sto, *remaniu* remaneo, e. g.

Egu su negotiatoriu.	Ego sum negotiator.
Tu stai sanitosu.	Tu sanus es.
Ellu remane omu de nemica.	Ille manet nequam.

2. Verba reciproca

a) Denominationem significantia, e. g.

Ellu se clama Giorgiu.	Ille vocatur Georgius.
Frate meu se dice omu cu mente.	Frater meus dicitur ingeniosus.
Vicinu 'lu nostru se dice mare mentionosu.	Vicinus noster dicitur magnus mendax.
Cornelîu se connosce judice intellectu.	Cornelius noscitur judex intelligens.

b) Electionem significantia, e. g.

Valentinu se elege duce.	Valentinus eligitur Dux.
Constantinu se nomina imperatoriu.	Constantinus nominatur imperator.
Florianu se face pecurariu.	Florianus fit opilio.

c) Cognitionem significantia, e. g.

Antoniu se connosce Dominu.	Antonius cognoscitur dominus.
Socrate fu judicatu de oraclu lui Apollo intre toti omini 'li quellu mai sapiente.	Socrates judicatus est oraculo Apollinis omnium hominum sapientissimus.
Juanne se numera quellu mai felice d'in famelia sea.	Joannes numeratur felicissimus e sua familia.

VII. Nominativus ponitur saepe ut exclamatio, e. g.

Ecco socii nostri.	Ecce socii nostri.
Ecco lettere 'le vostre.	Ecce literae vestrae.
O morte fortuna.	O fortunata mors.
Dracu de omu que esci.	Pestis humani generis es.

VIII. Vocativus indicans Obiectum, quod alloquimur, sententiam perfectam, prout Interiectio, cum qua saepe junctus occurrit, vi sua exprimit, e. g.

Da-mi, Domine, que mi poti dare numai tu sengulu.	Da mihi, Domine, quod tu solus mihi dare potes.

O Dominedeu, que e viuetia 'la umana!	O Deus, quid est vita humana!
Petre, include ustia 'la, et nu lassare pre neme in casa.	Petre, claude januam et neminem sine intrare domum.
Maria, addu-mi lumina 'la et veno cu mene.	Maria, adfer mihi candelam et veni mecum.

DE DETERMINATIONE NOMINUM.

Nomina absolute, id est, sine Pronominibus posita, dicuntur indeterminata, cum Pronominibus vero juncta, vocantur determinata. Adhibentur autem ad Nomina determinanda Pronomina praecipue demonstrativa, tum etiam indefinita, quae licet per se vaga sint, tamen Substantivis adiuncta, sensum eorum figunt.

I. Absolute ponuntur Nomina omnibus in illis casibus, ubi obiectum aliquod solummodo denominatur, absque ulteriori generali vel speciali determinatione, e. g.

Sandru manca pane.	Alexander manducat panem.
Stantiu bebe aqua.	Constantius bibit aquam.
Oratiu face versori.	Horatius facit versus.
Anna si lassa sange.	Anna sibi venam secari curat.
Julia sede in Sabiniu.	Julia habitat Cibinii.
Soru mea inquo suge lacte.	Soror mea adhuc lactet.
Angelu in celu et dracu pre pauimentu.	Angelus in coelo et diabolus in terra.

II. Cum Pronominibus demonstrativis et indefinitis junguntur Nomina omnibus in illis casibus, quibus accuratior distinctio a caeteris, aut specialis determinatio requiritur; e. g. *Aquestu vinu nu mi place*, hoc vinum mihi non placet; hic enim vinum specialiter denomino, et ab alio distinguo, hocque solum vinum mihi non placere declaro; *vinu nu mi place*, vinum mihi non placet, tantundem significat, quod vinum, qualecunque demum illud sit, mihi non sapiat. Ulteriora exempla doceant rem:

Elle pome su putride.	Illa poma sunt putrida.
Ella penna nu scribe bene.	Illa penna non scribit bene.
Quelle tempori nu mai venu.	Illa tempora non redeunt amplius.
Multi omini nu sciu scribere.	Multi homines non sciunt scribere.

Altri juueni nu era cu noi.	Alii juvenes non erant nobiscum.
Una rondinella nu face primavera.	Una hirundo non facit ver.
Da-mi una pera.	Da mihi pirum.
Uni ómini manca fóra mesura.	Quidam homines vorant ultra modum.
Altre tempori fûro aquelle-à.	Alia fuerunt tempora illa.
Marcu comperâ altru caballu.	Marcus emit alium equum.
Quanti frati abeti?	Quot fratres habetis?
Quali boui su mai grassi?	Quales boves sunt pinguiores?
Atali fantioli nu se potu sufferire in societate.	Tales juvenes non possunt ferri in societate.
Atanti militari nu abemu mai vedutu.	Tantos milites nunquam vidimus.

Hoc modo determinant etiam Numeralia cardinalia; e. g.

Doue petre li caduro in capu.	Duo lapides cecidere illi in caput.
Quinqui juueni periro in batalia, et septe tornâro a casa.	Quinque juvenes perierunt in bello, et septem domum redierunt.
D'in sesse nepoti qui abû numai trei viuu.	E sex nepotibus, quos habuit, tantum tres supervivunt.
Dece vergini saltâro in temptu 'lu lui Apollo.	Decem virgines saltarunt in templo Apollinis.

Specialem, magnique momenti Nominum determinationem efficit demonstrativum *ellu* postpositum, quod respondet graeco Articulo: ὁ, ἡ, τὸ; italico: *il, la;* hispanico: *el, la;* francico: *le, la;* lusitano: *o, a;* germanico: *der, die, das;* anglico: *the;* hungarico: *az, a';* quapropter etiam Articulus vocatur, quamquam nihil aliud sit, quam Pronomen demonstrativum, ita: *omu ellu* vel *omu 'lu*, reipsa idem est ac *ellu omu* ille homo, vel homo ille. Ponitur autem Articulus omnibus in illis casibus, ubi accuratior determinatio requiritur, et reliqua Pronomina admitti nequeunt; e. g.

Omu'lu mórtu nu mai sente nemica.	Homo mortuus nihil amplius sentit.
Soru 'la vicinu 'lui se marita.	Soror vicini nubit.
Porta 'la ciuitate 'lei e forte larga.	Porta civitatis est valde larga.

I. De Omissione Articuli.

Non ponitur Articulus.

1. Ubi reliqua Pronomina adsunt, e. g.

Unu cane negru me mosicâ de mana.	Canis niger manum mihi momordit.
Unoru ómini nu place lacte 'le altroru vinu.	Quibusdam hominibus non sapit lac, aliis vinum.
Multe fere nu su forte selvatice.	Multae ferae non sunt valde (feroces) silvaticae.
Paucine verbe adjungu omu' lui cu mente.	Pauca verba sufficiunt homini intelligenti.
Quanti ómini sedu in esta civitate?	Quot homines habitant in hac urbe?

2. Ubi adsunt Numeralia cardinalia, e. g.

Quinqui case arsero in una dia.	Quinque domus arserunt una die.
Vediu sesse pesci in riuu.	Video sex pisces in rivo.

Nisi peculiari determinatione opus fuerit, quo in casu Articulus illis praeponitur, e. g.

Elli quatru juveni nu su laudati de neme.	Illi quatuor juvenes a nemine laudantur.
Connoscusti elli trei furi famosi.	Novisti illos tres celebres fures.

3. Ante Nomina propria personarum in Nominativo et Accusativo casibus, e. g.

Constantiu morî in Florentia.	Constantius mortuus est Florentiis.
Cornelia e de octu supre deci anni.	Cornelia est octodecem annorum.
Commodu fu mare turannu.	Commodus fuit magnus tyrannus.

In genitivo vero et Dativo praeponitur illis Articulus decurtatus, e. g.

Da carta' la lui Juliu.	Da epistolam Julio.
Du-te in gradina, college flori et da-le lei Maria.	I in hortum, collige flores et trade illos Mariae.
Frati' li lui Manliu su toti morti.	Fratres Manilii sunt omnes defuncti.
Sorori' le lei Anna su forte formose.	Sorores Annae sunt valdae pulchrae.

4) Ante Nomina propria urbium in Nominativo et Accusativo absoluto vel Praepositionibus instructo, e. g.

Roma fu domina' la mundu' lui.	Roma fuit orbis domina
Colonia nu abe atanti àbitanti quanti Parisi.	Colonia non habet tantos incolas quantos Parisii.
In Vienna se vedu multe opere de lauda,	Viennae visuntur multa opera laude digna.
Vene d' in Sabiniu et perge à Buda.	Venit Cibinio et pergit Budam.

In Genitivo vero et Dativo subjungitur illis Articulus, e. g.

Baselice' le Roma' lei su mai formose quà elle Matritu' lui.	Basilicae Romae sunt venustiores quam Matriti.
Case' le Clusiu' lui su mai inalte quà elle Blasiu' liu.	Domus Claudiopolitanae sunt altiores, quam Blasianae.

5. Ante Nomina dierum septimanae generaliter expressa, e. g.

Jovi et Veneri nu essu d' in casa.	Die Jovis et Veneris non exeo domo.
Dominica pergu in ciuitate.	Dominica pergo in urbem.

Dum autem ita determinantur, ut omnes dies illius nominis subintelligantur, tum Articulum petunt, e. g.

Dominica' la, Mercuria' la et Venéria 'la nu lucramu.	Domini, Mercurii et Veneris diebus non laboramus.

Id est, omnibus diebus Domini, Mercurii et Veneris non laboramus; si autem diceretur: *Dominica, Mercuri et Veneri nu lucramu*, tantundem significaret, proximo die Domini, Mercurii et Veneris non laboramus.

6. Ante Nomina mensium in Nominativo et Accusativo, e. g.

Augustu e mai caldu quà septembre.	Augustus calidior est septembre.
In Januariu e mai frigu quà in Februariu.	Mense Januario frigidius est quam Februario.

In Genitivo vero et Dativo, tanquam Nomina propria personarum, poscunt Articulum decurtatum ante se, e. g.

Luna' la lui Martiu e mai plouiosa quà ella lui Maiu.	Mensis Martius est magis pluvius quam Maius.
Die'le lui Juliu su forte formose.	Dies Julii sunt valde amoeni.

7. Post Praepositiones: *a, de, in, d'in, pre, prin* raro admittitur Articulus, nisi fortiore determinatione opus fuerit, e. g.

Blamu in gradina!	Eamus in hortum,
Veniti à Baselica!	Venite ad templum.

Verbesce de musica.	Loquitur de musica.
Ellu essî d' in ciuitate.	Ille exivit ex urbe.
Intrati in curte!	Intrate aulam.
Pergimu pre calle!	Eamus per viam.
Traiecimu prin aqua.	Transimus per aquam.
Venî pre petiole.	Venit pedestris.

8. Appositio sine Articulo occurrit, e. g.

Temperantia' la, vertute laudata, vero paucinu practicata, nu prende radicini in esta ciuitate.	Temperantia, virtus laudata, verum parum exercitata, non agit radices in hac urbe.
Voi, ómini cu mente, abeti potutu dicere aquesta-à?	Vos, viri prudentes, potuistis hoc dicere?
Ellu, qua judice, nu potû facere mai multu.	Ille, qua judex, non potuit plus facere.
Frati mei, professori amendoui, mulucra multu supre bene' le natione' lei.	Fratres mei, professores ambo, multum laborant in bonum nationes.

9. Prae Pronominibus possessivis cum nominibus sanguinitatem significantibus non admittitur Articulus, e. g.

Frate meu, soru mea.	Frater meus, soror mea.
Tata meu, patre meu.	Pater meus.
Mamma mea, matre mea.	Mater mea.
Filiu meu, filia mea.	Filius meus, filia mea.
Socru teu, socra tea.	Socer tuus, socrus tua.
Generu seu, noru sea.	Gener suus, nurus sua.
Cognatu nostru, cognata nostra.	Affinis noster, affinis nostra.
Filinu vostru, filina vostra.	Filius vester baptismalis, filia vestra baptismalis.
Prognasciu loru, prognascia loru.	Patrinus, patrina illorum.
Pronubu loru, pronuba loru.	Illarum testes matrimonii.
Tata meu e à campu et mamma mea in gradina.	Pater meus est ruri et mater mea in horto.
Que face frate teu do nu mai vene?	Quid agit frater tuus tandiu morando?
Soru sea nu se porta mai bene de quantu mamma sea.	Soror sua haud meliores mores praesefert quam mater sua.

Filii mei, leuati bene a mente que vi dicu!	Filii mei, advertite bene ad id, quod vobis dico!

Cum reliquis autem Nominibus semper Articulum petunt Possessiva, e. g.

Cane' le vicinu' lui meu crepâ de fame.	Canis vicini mei periit fame.
Facte' le vostre nu su forte de lauda.	Opera vestra non sunt valde laudabilia.
Caballi' li nostri su mai infocati quà elli vostri.	Nostri equi fervidiores sunt, quam vestri.

In genere, Articulo admodum parce utendum est, et nisi summa fuerit necessitas ad sensum, secus vagum vel dubium, determinandum, potius omittendus, quam adhibendus.

II. De loco Articuli.

I. Articulus subiungitur Nomini primum locum occupanti. Hinc:

1. Substantivo, si id primum fuerit, e. g.

Cane' le lèssiuatu se teme de aqua' la calda.	Canis lixivia perfusus timet aquam calidam. (Experientia cautum reddit.)
Muliere' la formosa nu remane multu fora a la scire.	Mulier formosa haud diu id ignorat.
Unu omu cu capu' lu grossu, nasu' lu lungu, ocli' li mici et gula' la larga nu face figura prè formosa.	Homo capite crasso, naso longo, oculis minutis et ore amplo praeditus non pulcherrimam reddit figuram.

2. Adiectivo, si id primum locum occupaverit, e. g.

Mortu' lu corpu in paucinu tempu se face pulvere.	Mortuum corpus intra paucum tempus pulvis fit.
Intellecti' li omini nu verbescu fora a cogitare.	Sapientes viri non loquuntur, nisi prius cogitaverint.
Saturatu' lu pentice nu suffere amblatura' la.	Saturatus venter non fert motum.
Boni' li filii onora parenti' li.	Boni filii honorant parentes.

Excipitur hinc Adiectivum vel potius Prenomen indefinitum *totu* totus, omnis, nam, quamquam semper primum occuparet locum, Articulum tamen subsequenti Substantivo junctum habere vult, e. g.

Toti omini' li moru.	Omnes homines moriuntur.
Tote facte' le nu su assemili.	Omnia opera non sunt similia (aequalia).
Nu se missica tote animali' le d' in locu in locu.	Non omnia animalia moventur de loco in locum.
Nu toti sancti' li su in celu.	Non omnes sancti sunt in coelo.

II. Ante se petunt Articulum:

1. Pronomina Possessiva Nominibus praeposita, e. g.

Ellu nostru imperatoriu.	Noster imperator.
Ella tea mana e mai musclosa quà ella mea.	Tua manus est magis musculosa, quam mea.
Elli sei filii su forte auscultatorii.	Sui filii sunt valde obediuntes.

Si vero Nominibus postponantur, Articulus subiungitur, ita in superioribus exemplis:

Imperatoriu' lu nostru.	Imperator noster.
Mana' la tea e mai musclosa quà ella mea.	Manus tua est magis musculosa, quam mea.
Filii sei su forte auscultatorii.	Filii sui sunt valde obedientes.

2. Numeralia ordinalia, e. g.

Ella tertia parte nu e finita.	Tertia pars non est finita.
Se vede in ella septima pagina.	Videtur in septima pagina.

3. Numeralia cardinalia ad fortiorem determinationem efficiendam, e. g.

Voliu comperare elli doui boui.	Volo emere illos duos boves.
Elle trei capre su prè pretiose.	Illae tres caprae multo constant.

4. Superlativi gradus, e. g.

Elli mai intellecti nu su sempre elli mai boni.	Prudentissimi non sunt semper optimi.
Elle mai mici parti inquo abu pretiu' lu laru.	Minimae partes etiam habent suum pretium.

5. Adiectiva emphatica, e. g.

Elli rei odescu pre elli boni.	Mali oderunt bonos.
Elli forti juueni caduro cu arme le in muni.	Illi fortes juvenes ceciderunt cum armis in manibus.

Etiam si postposita fuerint, e. g.

Omu ellu meniosu nu scie que face.	Homo iratus non scit, quid agit.

Pleonasmus est Substantivo Articulum subiungere et ante Adiectivum repetere, e. g.

Monte' le ellu inaltu se vede de parte.	Mons altus eminus videtur.

Sufficeret enim: *Monte' le inaltu*, vel *monte ellu inaltu*.

III. Articulus ponitur inter Substantivum et Adiectivum, quum hoc, ad proprietatem singularem indicandam, nominibus propriis postponitur, e. g.

Petru ellu mare.	Petrus magnus.
Florentia ella formosa.	Florentiae pulchrae.
Antoninu ellu piu.	Antoninus pius.
Stefanu ellu blandu.	Stephanus mitis.
Sergiu ellu invetiatu.	Sergius doctus.

SYNTAXIS CASUUM.

I. Genitivus casus ponitur ad indicandum relationem obiectorum a se mutuo dependentium, et respondet ad quaestionem cuius. e. g.

Luminą' la stelle' laru nu e asi clara quà ella sole' lui.	Lux stellarum non est adeo clara prouti solis.
Nepoti' li lui Constantinu su in Francia.	Nepotes Constantini sunt in Francia.
Flori' le primavera' lei informosciedia campu' lu.	Flores veris ornant campum.

Occurrit autem Genitivus semper post Substantivum obiectum ad se pertinens indicans, e. g. *Scripte' le lui Platone*, Scripta Platonis; in defectu autem Substantivi, Articulus ad id relatus semper praeponi debet, e. g. *cauda' la cane' lui*, cauda canis; omisso Substantivo *cauda*, efferri debet: *ella cane' lui*.

Elle cui penne su aqueste-à?	Cuius sunt istae pennae?
Elle frate meu.	Fratris mei.
Cu elli cui caballi abeti fostu in ciuitate?	Cum cuius equis fuistis in urbe?
Cu elli vicinu' lui.	Cum illis vicini.

Hanc ob causam solent Pronomina possessiva, quae relpsa Genitivum exprimunt, sola posita Articulum poscere, e. g.

Filii mei et elli vostri su in scola. Filii mei et vestri sunt in schola.

Genitivus petit Articulum ante se, quotiescunque Substantivum obiecti subaequitur, e. g.

Elle omini' loru connoscentie nu se intendu forte departe. Hominum cognitiones haud valde procul extenduntur.

Hanc ob causam poscunt Pronomina possessiva primum locum occupantia Articulum Substantivi subintellecti, cum quo in genere et numero concordant, e. g.

E le melle vestimente su tote rupte. Mea vestimenta sunt omnia lacerata.
Elle vostre scientie merita lauda. Vestrae scientiae laudem merentur.
Elle loru verbe nu su tote salate. Illorum verba non habent omnia salem veritatis.

II. Dativus casus ponitur ad obiectum remotius indicandum, respondetque ad quaestionem cui? e. g.

Auerrunca osse' le cane' lui! Proiice ossa cani!
Da pane cu lacte popillu' lui. Da panem cum lacte puero.
Nu place omini' loru addeveru' lu. Non placet hominibus veritas.
Filii su debitorii parenti' loru onore. Filii debent parentibus honorem.
Nu disclude aurecli' le rogationi 'laru nostre. Non aperit aures precibus nostris.

Dativus casus ponitur insuper

1) post Adiectiva: *semile, assemile* similis, *equale* aequalis, *conveniosu* conveniens, *commodu* commodus, *propriu* proprius, *commune* communis, *vicinu* vicinus, *connoscutu* notus, *facile* facilis, *difficile* difficilis, *graue* gravis, *leue* levis, et caetera huius generis, e. g.

Micia'la e assemile leu' lui. Felis est similis leoni.
Totu'lu e equale parti' laru selle inseme leuate. Totum est aequale suis partibus simul sumtis.
Nu e facta conveniosa parenti 'loru a si obliitare de filii sei. Non est actio conveniens parentibus oblivisci filiorum.
Domini 'loru e forte commoda aquesta casa. Dominis est valde commoda haec domus.
Nu e propria natura' lei frangere' la legi' laru. Non est propria naturae legum fractio (eversio).

Aquesta opinione e commune toloru cuitatiani' loru.	Haec opinio est communis omnibus civibus.
Luna' la e mai vicina pauimentu' lui quà sole' le.	Luna est vicinior terrae, quam sol.
Nu e connoscuta quelloru literali aquesta lingua.	Non est nota literatis haec lingua.

2. Post Verba Dativum regentia, uti: *dare* dare, *spunere* narrare, *dicere* dicere, *respondere* respondere, *auscultare* obedire, *assemilare* simile esse, *impartire* impertire, *donare* donare, e. g.

Dedesti pome' le popilli' loru?	Dedisti poma pueris?
Portare' la vostrà nu responde especlatione' lei parenti' loru.	Vestri mores non respondent expectationi parentum.
Nu toti filii assemila parenti' 'loru.	Non omnes filii similes sunt parentibus.
Imperatoriu' lu imparti militari' loru quinqui milli de denarii.	Imperator distribuit militibus quinque millia denariorum.

Quum Nomina sine Pronominibus, et in specie Articulo, nullam admittant flexionem per casus, hinc absolute posita, loco Genitivi Ablativum cum Praepositione *de*, et Dativi eundem cum Praepositione *à* poscunt, e. g.

Abemu comperatu sesse carre de legne.	Emimus sex currus lignorum.
Diciti à secilatorii so sedia à prandiu.	Dicite messoribus, ut consideant ad prandium.

De his vero mox in tractatu de Praepositionibus ulteriora adferemus.

III. Accusativus casus ponitur ad vicinius obiectum, in quod actio Verbi immediate influit, determinandum; e. g.

Bouariu' lu pasce boni' li.	Bubulcus pascit boves.
Noi collegimu pere.	Nos colligimus pira.
Antoniu compera ceresie.	Antonius emit cerasa.
Noi mancamu pane, et voi beiti aqua.	Nos manducamus panem, et vos bibitis aquam.
Servanu adaqua cabilli' li.	Servanus potat equos.

Prae Accusativo personae ad propius distinguendum a Nominativo solet Praepositio *pre* poni; e. g.

Romani' li baturo pre Daci' li.	Romani superarunt Dacos.
Titu vedù pre Paullu.	Titus vidit Paullum.
Parenti' li ama pre filii.	Parentes amant filios.

SYNTAXIS PRAEPOSITIONUM.

Praepositiones Nominibus junguntur, eorumque relationes determinant, regunt autem omnes Accusativum casum, quapropter hic locum eis assignare non abs re fore censuimus.

A ad, significat:

1. directionem, e. g.

Pergiti a casa!	Pergite domum!
Procedimu a monte.	Procedimus ad montem.
Leuati a mente!	Attendite!
Ne ducimu à campu. *)	Imus rus.
Ve duciti à baselica.	Itis ad templum.
Veniti à noi!	Venite ad nos.
Du-te à lucru!	Vade ad laborem.
Pergimu à Roma.	Pergimus Romam.

2. Locum, in quo, vel personam, apud quam, itaque quietem; e.g.

Nù 'e à casa.	Non est domi.
Frate meu e à campu.	Frater meus est ruri.
Abemu pranditu à parenti.	Prandimus apud parentes.
Passaro trei anni à Parisi.	Transegerunt tres annos Parisiis.

3. Temporis momentum, e. g.

À mediadia abemù adjunsu a casa.	Ad meridiem advenimus domum.
À medianocte inquò era scollatu.	Ad mediam noctem adhuc vigilabat.
À primavera volemu incepere altre scientie.	Primo vere alias scientias incipere volumus.
A iberna remanemu in ciuitate.	Hieme moramur in urbe.
À automna faciti-ni onore' la de venire à noi.	Autumno praestate nobis honorem ad nos veniendi.
À quatru ore fiti aici.	Ad quartam horam estote hic.
Noi cenamu à noue.	Nos coenamus nona hora.

---

*) Praepositio à solet in communi sermone pronunciari là, ut A) pagina 6). notatum est.

À quante pergiti in universitate?	Quota hora itis in universitatem?
À trei et medietate.	Tertia et media.

4. Exprimit Dativum, e. g.

Sponiti à negotiatorii que vi abemu dissu.	Dicite negotiatoribus, quae vobis diximus.
Dati aqua à boui et fenu à caballi.	Date aquam bobus et foenum equis.
Responditi à interrogationi' le magestru' lui.	Respondete interrogationibus magistri.
Faciti à popilli queva de mancatu.	Facite pueris aliquid ad comedendum.
Neme nu pote servire una data à doui domini.	Nemo potest semel duobus dominis servire.
Que dai, da à toti.	Id quod das, da omnibus.
Di à servu so taca.	Dic servo, ut taceat.

Ad proprium Dativum exprimendum necessario adhibetur ubicunque Articulus, vel aliud Pronomen, pro sensus ratione, requiritur, ut superius videre licuit.

5. Ante Verborum infinitivum modum adhibita efficit copulationem huius cum Verbo in modo finito occurrenti, e. g.

Elli invetia a scribere.	Illi discunt scribere.
A dicere que se convene nu e peccatu.	Dicere quod decet, non est peccatum.

De hoc in Verborum Syntaxi uberior sermo erit.

6. Format multos Idiotismos ex usu discendos; e. g.

Nu le abemu a mana.	Non habemus ea prae manibus.
Li dissei a nome.	Dixi illi nominatim.
Pute a cepa.	Redolet cepam.
Lu prense a lungu.	A longinquo cepit illum.
Omu mare à statura et bonu à bebitura.	Homo magnae staturae et aptus ad potandum.
Cani' li nostri su forte rapidi à cursu.	Canes nostri sunt valde celeres ad cursum.
Muliere alba à facia et negra à anima.	Mulier albae faciei et nigri cordis (animi).

Muliere' la e de commune lunga à pelu et scurta à mente.	Mulier est communiter longorum capillorum et brevis ingenii.
Ellu e coctu à mente et dulce à verbe.	Ille est maturi ingenii et affabilis.
Cu toti' li su à quinqui milli.	Omnes simul faciunt circiter quinque millia.
À quatrudeci de lupi veniro pino à porta' la ciuitate' lei.	Quadraginta circiter lupi venerunt usque ad portam civitatis.
Antoniu manca à pane.	Antonius manducat panem.
Publiu bebe à vinu.	Publius bibit vinum.

In in, significat:

1. Directionem ad locum; e. g.

Intrati in casa.	Intrate domum.
Venimu in gradina.	Venimus in hortum.
Me ducu in ciuitate.	Vado in urbem.
Se collica in pauitu.	Decumbit in lectum.
Versa aqua' la in capa' lu vitellu' lui.	Infundit aquam in caput vituli.
Pergimu in Vienna.	Pergimus Viennam.
Se sube in podu.	Adscendit in podium.
Procede in satu.	Procedit in pagum.

2. Locum, in quo res vel persona quiescit; e. g.

Sede in casa.	Sedet in domo.
Abita in Corona.	Habitat Coronae.
Ambla in curte.	Ambulat in aula.
Se joca in gradina.	Ludit in horto.
E asconsu in coctoriu.	Est absconditus in fornace.
Lucra in valle.	Laborat in valle.
In totu satu' lu nu se afla unu omu de onore.	In toto pago non invenitur homo honestus.
Innota in miseria.	Opprimitur miseriâ.

3. Temporis continuationem; e. g.

In septe anni invetiá medicina' la.	Septem annos didicit medicinam.
In dece ore nu potu finire estu lucru.	Decem horas non possum finire hunc laborem.
In doue die e à noi.	Intra duos dies est apud nos.

4. Efficit multos Idiotismos; e. g.

Quine nu abe in capu, abia in petiole.	Cui deest ingenium, suppleat opera.
Nu abe in veterenetie quine nu parsita in teneretie.	Non habet in senectute qui non parcit in juventute.
Nu sta in tene qua so faci aquesta-à.	Non stat apud te (non est tuum) hoc facere.
In teatru su toti omini' li vertuosi.	In theatro sunt omnes homines virtuosi.
Crediu in unu Deu.	Credo in unum Deum.
In nome' le meu nu verbire.	Meo nomine ne loquaris.

De de, significat:

1. Ablativum; e. g.

Nu e fama bona de frate teu.	Non est bona fama de fratre tuo.
Filiu meu e laudatu de toti professori' li.	Filius meus laudatur ab omnibus professoribus.
De Luciu nu verbesce neme bene.	De Lucio nemo loquitur bene.
De voi nu fu interrogatione.	De vobis non fuit quaestio.

2. Exprimit Genitivum proprietatis; e. g.

Facta de lauda.	Opus laude dignum.
Omu de fronte.	Homo primarius.
Popillu de nemica.	Puer nequam.
Juuene de onore.	Iuvenis honestus.
Professore de Filosofia.	Professor Philosophiae.

Hinc Substantiva e Verbis activis creata priorum Verborum Accusativum postulant cum Praepositione *de*; e. g.

Amatoriu de scientie.	Amator scientiarum.
Portatoriu de cura.	Curam gerens.
Laudatoriu de vinu.	Laudator vini.
Venditoriu de lana.	Venditor lanae.
Negotiatoriu de Aromate.	Negotiator aromatum.

3. Exprimit Genitivum materiae; e. g.

Vestimentu de lana.	Vestimentum laneum.
Camesia de linu.	Subucula lintea.
Annellu de auru.	Anulus aureus.
Mesa de legnu.	Mensa lignea.

Casa de petra.	Domus lapidea.
Vase de argentu.	Vasa argentea.
Calciamente de pelle.	Calceamenta pellicea.
Fune de canapa.	Funis canabea.

4. Exprimit Genitivum partitionis; e. g.

Una multitudine de omini.	Multitudo hominum.
Unu pondu de carne.	Pondo carnis.
Unu urciolu de oliu.	Urceus olei.
Unu modiu de granu.	Modius tritici.
Doue buti de vinu.	Duo dolia vini.
Trei quartarii de ora.	Tres quadrates horae.
Octu jugere de pamimentu.	Octo jugera soli.

5. Scopum, ad quem aliquid fit vel destinatum est; e. g.

Penne de scrissu.	Calami scriptorii.
Cane de venatu	Vertagus.
Arma de focu.	Arma ignivoma.
Mola de granu.	Mola tritico terendo destinata.
Mola de ventu.	Mola pneumatica.
Mola de aqua.	Mola aquaria.

6. Causam, propter quam aliquid fit; e. g.

More de fame.	Interit fame.
Salta de volia bona	Exultat laetitia.
Peccatu de morte.	Peccatum mortale.
De menia nu pote verbire.	Prae ira non potest loqui.
Nu mai potiu de sete.	Non possum sustinere amplius sitim.
Nu se pote missica de pigretia.	Prae pigritia non potest se movere.

7. Ponitur post Comparativum gradum cum *quantu,* loco *quà* quam, coniunctum; e. g.

Ellu e mai teneru de quantu tene.	Ille est junior te, vel quam tu.
Scribe mai bene de quantu mene.	Scribit melius quam ego.

Si autem Numerus sequatur, omittitur *quantu* et Particula *de* sola comparationem exsequitur; e. g.

Mai multu de dece floreni.	Plus decem florenis.
De quinqui anni mai veclu.	Quinque annis veterior.

8. Post Numeros: *douedeci* viginti, *treideci* triginta, *quatrudeci* quadraginta, *quindeci* quinquaginta, *sedeci* sexaginta, *septedeci* septuaginta, *octudeci* octoginta, *nouedeci* nonaginta; tum *centu* centum et eius multipla, deinde *mille* mille et *millione* millio; e. g.

Abe comperatu caballu lu cu nouedeci de floreni.	Emit equum nonaginta florenis.
Li dedimu septedeci et quinqui de denarii.	Dedimus illi septuaginta et quinque denarios.
Nu fû contentu cu treicente de franci.	Non fuit contentus tercentis francis.
Nu lu potû capitare cu trei supre dece milli de galbini.	Non potuit accipere id tredecim millibus aureorum.

9. Prae Numeris temporis durationem significantibus; e. g.

De trei anni nu audimu nemica de ellu.	A tribus annis nihil de illo audimus.
De quinqui septimani jace quà morîtu.	A tribus septimanis jacet ut mortuus.
De quanti anni esci?	Quot annorum es?
Egu su de douedeci et quinqui anni.	Ego sum viginti quinque annorum.
Soru mea e de septe supre dece anni.	Soror mea est septemdecem annorum.
De quinqui die nu abe mancatu una buccatura de pane.	A quinque diebus non manducavit offulam panis.

10. Prae Numeralibus multiplicativis; e. g.

De doue ori doue su quatru.	Bis duo sunt quatuor.
De douedeci de ori lu vedui in teatru.	Vigesies vidi illum in theatro.
Mi la spose de sesse cente de ori.	Sexcenties dixit mihi id.
De treideci de milli de ori.	Triginta millium vicibus.
De quante ori abeti lessu estu libru?	Quoties legistis hunc librum.
De septe ori.	Septem vicibus.
De quante ori voliu libertare peccate le frate meu?	Quoties remittam peccata fratris mei?
De septedeci de ori quante septe.	Septenis vicibus septuaginta.

11. Post Praepositiones maiores: *fora* sine, *afora* extra, *aprope* penes, *departe* procul, *inante* ante, *de aprope* cominus, *de departe* eminus, *d' insusu* supra, *d' indiosu* infra, *d' inquace* citra, *d' inquollo* ultra; e. g.

Omu fora de lege.	Homo exlex, scelestus.
Afora de noi neme nu scie a-questa-à.	Extra nos nemo novit hoc.
Aprope de casa lui Flauianu.	Penes domum Flaviani.
Departe de parenti.	Procul a parentibus.
Inante de prandiu nu potiu venire.	Ante prandium non possum venire.
D' insusu de ponte jace unu cane mortu.	Superius ponte jacet canis mortuus.
D' indiosu de calle e una fontana.	Infra viam est fons.
D' inquace de riuu nu abu oui 'le que pascere.	Citra fluvium non habent oves pascua.
D' inquollò de monte su locori 'le lui Servanu.	Ultra montem sunt agri Servani.

12. Post Adiectiva: *plenu* plenus, *satullu* satur, *setiosu* sitiens, *degnu* dignus; e. g.

Capu' lu ti e plenu de farinq.	Caput est tibi plenum farina.
Taci, quo su satullu de secaturi' le telle.	Sile, nam satur sum tuis vexationibus.
Setiosu de vinu.	Vinum sitiens.
Degnu de lauda.	Laude dignus.

13. Post Verba reciproca; e. g.

Me miru de bonitate' la lui Dominedeu.	Miror bonitatem Dei.
Me rogu de libertare.	Veniam rogo.
Si oblita de noi.	Obliviscitur nostrum.
Si bate jocu de miseria.	Illudit miseriae.
Nu si mai adduce a mente de voi.	Non recordatur amplius vestrum.

14. Ante Verborum infinitivum modum; e. g.

Da popilli' loru de mancare.	Da pueris ad comedendum.
Da-ni aleque de bebere.	Da nobis aliquid ad bibendum.

Nu e tempu de mai remanere in estu locu.	Non est tempus amplius hoc in loco morandi.
Nu abemu volia de scribere.	Non habemus voluntatem (animum) scribendi.

15. Multos constituit idiotismos; e. g.

Abemu datu de unu lupu.	Impegimus in lupum.
Facu de prandiu.	Paro prandium.
Fia-ti de bene.	Conducat tuae sanitati.
Clama lu de facia.	Voca eum praesentem.
Sede de directa' la Patre' lui.	Sedet ad dextram Patris.
Dia de carne.	Dies carnibus vescendis licitus.
Prende lu de capu.	Arripe eum capite tenus.
Leuati-lu de pelu.	Capite eum capillorum tenus.
Nu mi e frica de ellu.	Non timeo illum.
Legati caballu' lu de arbore.	Alligate equum arbori.
Vai de noi peccatosi' li!	Vae nobis peccatoribus!
Felice de voi omini innocenti!	Felices vos innocentes!
Miseru' lu de mene, que so facu!	Miserum me, quid faciam!
Misellu' lu de Nicola mi abe furatu caballu' lu.	Nequam Nicolaus furatus est mihi equum.
Bellua' la de lupu mi abe mancatu vitellu' lu.	Bellua illa lupus voravit mihi vitulum.

De a ab, ex, composita ex *de* et *a*, indicat:

1. Locum ex quo proceditur; e. g.

Venimu de a casa.	Venimus domo.
Ne intorquimu de à campu.	Redimus rure.
Plecaro de à monte.	Moverunt e monte.
Vene de à Sabiniu.	Venit Cibinio.
De à capu pino à petiole.	A capite usque ad pedes.
De à noi nu e calle asì lunga pino à voi.	A nobis non est adeo longa via usque ad vos.

2. Efficit idiotismos quosdam; e. g.

De a lungu' lu.	Secundum longitudinem.
De a latu' lu.	Secundum latitudinem.
De a prope nu e formosu.	Cominus non est pulcher.
De a minutu' lu.	Minutatim

De a mana.	Dextere.
De apena.	Vix.

Multosque alios passim significationem adverbialem habentes

Dein vel *d'in* ex, significatione priori affine; e. g.

Essimu d' in casa et intramu in gradina.	Eximus domo et intramus in hortum.
D' in inceputu pino in finitu.	Ab initio usque ad finem.
Trage annellu' lu d' in degitu.	Extrahe annulum digito.
Mi abe scossu unu dente d'in gula.	Extraxit mihi dentem.
Romani' li d' in Dacia.	Romani in Dacia habitantes.

Pre per, indicat:

1. Directionem per locum; e. g.

Perge pre calle.	Pergit per viam.
Vene pre mare.	Venit per mare.
Ambla pre ossicatu.	Ambulat per continentem.
Essimu pre ustia.	Eximus per januam.
Intorquiti lu pre dosu.	Vertite in partem adversam.

2. Locum, in quo obiectum quiescit; e. g.

Sede pre caballu.	Insidet equo.
Jace pre pauimentu.	Jacet humi.
Calca pre petra.	Calcat petram, lapidem.
Pre unde te duci?	Quorsum is.
Pre totinde nu se capita pane asi bona.	Ubicunque non datur tam bonus panis.

3. Indicat causam vel modum; e. g.

Lu abemu comperatu pre argentu.	Emimus illud pecuniâ.
Dau trei floreni pre esta pannula.	Do tres florenos pro isto panno.
Nu capitai nemica pre granu.	Nihil obtinui pro tritico.
Totu que se face pre directu 'lu e laudatu.	Omne id, quod recte fit, laudatur.

4. Ponitur ante Accusativum personae ad distinguendum eum a Nominativo; e. g.

Lauda pre Dominedeu.	Lauda Dominum Deum.
Vediu pre Petru.	Video Petrum.
Vulpe' la abe insellatu pre lupu' lu.	Vulpes imposuit lupo.
Tata' lu batù pre filiu' lu.	Pater verberavit filium.

5. Constituit multos idiotismos; e. g.

Lu connoscimu pre verba.	Noscimus illum ex loquela.
Quomu se dice aquesta-à pre romanìa?	Quomodo dicitur hoc lingua romana?
Traducu pre francìa.	Traduco in francicum.
Quantu ti da pre dìa?	Quantum solvit tibi per diem?
Me paria pre septimana, pre luna, pre annu.	Solvit me pro septimana, pro mense, pro anno.
Mi lu dede pre quinqui anni.	Dedit id mihi in quinque annos.
Ambla pre intenebricu.	Ambulat in tenebris.
Processe pre luna.	Movit lucente luna.
La fece pre asconsu.	Fecit id clandestine.
Pre inquetu perge mai bene.	Lente melius agitur res.
Pre legè la mea!	Per meam fidem!
Pre Deù!	Medius fidius!
Pre corpu!	Papae!

Pre a per, composita ex *pre* et *a*, indicat locum, in quo obiectum reperitur; e. g.

Ambla pre a casa.	Domi se continet.
Pre aquollo nu se pote aflare.	Ibi non potest inveniri.
Pre à noi nu se verbesce asì.	Apud nos non ita loquuntur.
Pre à stranii nu e omu' lu totu de una securu.	Apud exteros non est homo semper securus.
Asì pre à voi quà pre à noi.	Sic apud vos, prout apud nos.

Perin vel *prin* per, composita ex *pre* et *in*, indicat locum, per quem transitus fit; e. g.

Traiecimu prin ciuitate.	Transimus per urbem.
Abemu venitu de à Roma prin Venetia à Vienna.	Venimus Roma per Venetias Viennam.
Prin focu et prin aqua.	Per ignem et aquam.

Cu cum, indicat:

1. Instrumentum; e. g.

Talia pannula' la cu forfici' le.	Scindit pannum forficibus.
Manca cu lingula' la.	Manducat, edit cochleari.
Se bate cu spata' la.	Pugnat gladio.
Lu impinse cu mana' la.	Trusit eum manu.

2. Societatem; e. g.

Adjunse cu sesse socii.	Advenit cum sex socijs.
Ambla cu noi quandu e aici	Ambulat nobiscum quando est hic.
Nu viue cu muliere' la sea.	Non vivit cum sua uxore.
Blamu cu toti' li!	Eamus omnes simul!

3. Modum, quo aliquid fit; e. g.

Manca cu computu.	Parce comedit.
Bebimu cu mesura.	Bibimus temperanter.
Ellu e cu volia' la bona.	Ille est hilaris.

4. Mensuram, e. g.

Soru mea e cu trei degite mai mica de quantu mene.	Soror mea est tribus pollicitus minor me.
Ellu e cu quatru anni mai veclu de quantu frate seu.	Ille est quatuor annis senior fratre suo.
Comperâ caballu' lu cu septe milli de denarii.	Emit equum septem millibus denariorum.

5. Idiotismos efficit; e. g.

Omu cu mente.	Homo ingeniosus.
Muliere cu lingua' la acutita.	Mulier acutae linguae (rixosa).
Verbesce cu intellectione.	Loquitur sapienter.
Judice cu directate.	Judex justus.
Trauiuimu cu sanitate.	Vivimus sani.
Nu pote fire omu cu cogite relle et cu facte bone.	Non potest dari homo pravae cogitationis et bonorum operum.
Fertura cu carne.	Cibus carneus.
Gallina cu pulli.	Gallina pullos habens.
Vacca cu lacte.	Vacca lactaria.
Cu quantu e omnu' lu mai potentiosu cu atantu e mai peccatosu.	Quo potentior est homo, tanto pluribus peccatis expositus.

Pru pro, indicat causam, propter quam aliquid fit; e. g.

Se certa pru onore' la romani 'loru.	Certat pro honore romanorum.
Pru bene' le totoru.	Pro bono communi.
Pru mene ti poti spargere et capu' lu.	Per me licet tibi etiam caput findere.
Pru essemplu.	Exempli gratia.
Pru Dominedeu!	Per deos immortales!
Pru que nu taci?	Quare non siles?
Pru quine comperi vasu' lu?	Pro quonam emis vas?
Pru quantu mi lu dai?	Quanti das id mihi?

Su sub, indicat locum, aut tempus, sub quo aliquid reperitur, e. g.

Su mesa jace cane' le.	Sub mensa jacet canis.
Adjunse su mediadia.	Advenit meridie.
Cadù su ponte.	Cecidit sub pontem.
Lu prense su pauitu.	Cepit eum sub lecto.
Cornelìu dorme su peru.	Cornelius dormit sub piro.

Ante ante, indicat locum aut tempus, ante quod aliquid reperitur, e. g.

Nu vede que li e ante ocli.	Non videt id, quod ei ante oculos est.
Ante trei septimani lu vedui in universitate.	Ante tres septimanas vidi illum in universitate.

Usitatior est composita *inante*, e. g.

Nu vede que li e inante de ocli, vel *ocli' loru.*	Non videt id, quod ei ante oculos est.
Inante de trei septimani.	Ante tres septimanas.

Sine sine, significatione Praepositioni *cu* opposita; e. g.

Facta mare a rare ori se face sine periclu.	Magnum facinus raro fit sine periculo.
Sine dubiu, nu scie que face.	Absque dubio non scit quid agit.

Frequentior se eius aequivalens *fora*, e. g.

Fora periclu, fora dubiu.	Sine periculo, sine dubio. (Vide *fora*.)

Intre inter, indicat locum vel tempus, inter quod aliquid reperitur vel accidit; e. g.

Intre casa et intre baselica jacu morti' li.	Inter domum et templum jacent mortui.
Intre noi nu pote fire pace.	Inter nos non potest esse pax.
Tote vertuti' le su unite intre sine.	Omnes virtutes sunt inter se unitae.
Intre quinqui et intre septe su a casa.	Inter quintam et septimam horam sum domi.
Intre arme tacu legi' le.	Inter arma silent leges.
Possedemu unu locu intre ciuitate et intre riuu.	Possidemus agrum inter urbem et fluvium.
Morî de fame intre doue pani, qualaru una' la era mancata et quella altra nu era parata.	Mortuus est fame inter duos panes, quorum unus consumtus, alter necdum paratus erat.

Supre super,

1. indicat locum vel tempus, super quod res quaedam reperitur; e. g.

Pace supre popolu' lu vertuosu.	Pax super populum virtuosum.
Supre resalitu' lu sole' lui incepu a plouare.	Oriente sole coepit pluere.

2. Ponitur loco Praepositionis *pru* pro, e. g.

Lucra supre bene' le commune.	Studet bono communi.

3. Occurrit loco Praepositionis *versu* versus, e. g.

Africa' la jace supre mediadia.	Africa jacet versus meridiem.
Me ducu supre directa' la.	Eo ad dextrum, versus dextram.
Rediqua ocli' li supre celu.	Elevat oculos ad coelum.

4. Jungit Numeralia a decem usque viginti; e. g.

Unu supre dece.	Undecem.
Doui supre dece.	Duodecem.
Trei supre dece etc.	Tredecem etc.

Prope prope, indicat vicinitatem, e. g.

Prope casa' la lui Luciu se vedeba una arbore umbrosa.	Prope domum Lucii videbatur arbor umbrosa.

Frequentior est eius composita *aprope*, e. g.

Aprope de casa' la lui Luciu se vedeba una arbore umbrosa.	Prope domum Lucii videbatur arbor umbrosa. (Vide *aprope*.)

Dupo post, indicat successionem temporis, aut positionem loci post alium siti; e. g.

Dupo noi veniba Marcu cu frate seu et cu trei popilli.	Post nos veniebat Marcus cum fratre suo et cum tribus pueris.
Dupo medianocte incessâ a plouare.	Post mediam noctem cessavit pluere.
Janu fu de doue ori inclusu dupo Numa.	Janus bis clausus fuit post Numam.
Dupo prandiu incepûro a bebere.	Post prandium coeperunt bibere.
Lu menâro dupo caballi.	Miserunt eum equos adlaturum.
Dupo morte nu se mai bebe vinu.	Post mortem nulla voluptas.
Du-te dupo aqua!	I aquam laturus!

Longo penes, indicat statum vicinum, e. g.

Servi' li stau longo domini' li loru.	Servi stant penes suos dominos.
Vienna jace longo Danubiu.	Vienna jacet penes Danubium.
Longo casa' la lui Constantiu se vede una columna vecia.	Penes domum Constantii conspicitur columna antiqua.
Longo leu dormiba vulpe' la.	Penes leonem dormiebat vulpes.

Pino usque, indicat extensionem usque ad certum scopum.

1. Nominibus praeposita occurrit semper cum *a* vel *in* coniuncta; e. g.

De ici pino à Florentia sû septe supre dece milliarie.	Hinc usque Florentias sunt septemdecem milliaria.
Li fû socîu pino à morte.	Fuit illi socius usque ad mortem.
Intraro pino in mediulocu.	Intrarunt usque ad medium.
Nu volu venire cu mene pino in selva.	Nolunt mecum venire usque ad silvam.

2. Cum aliis autem orationis partibus absolute ponitur, e. g.

Pino mane nu potiu implere volia' la vostra.	Usque cras non possum voluntati vestrae satisfacere.
Lu espectâmu pino eri sera.	Expectavimus eum usque hesternam vesperam.
Pino quandu remaneti cu noi?	Quousque manetis nobiscum.

Intru intro, est composita, vel potius derivata, ex Praepositione *in*, loco cuius etiam ponitur, e. g.

Intru lauda eterna.	In laudem aeternam.
Intru ocli' li mei nu lu poliu vedere.	Non possum eum oculis videre.

Retru retro, significatione Praepositioni *ante* opposita, e. g.

Retru patre seu veniba filiu' lu.	Post patrem veniebat filius.

Usitatior est eius composita *inderetru*, uti: *inderetru patre seu veniba filiu' lu.* Vide *inderetru.*

Suptu subter, indicat situm, quem alius supereminet, e. g.

Suptu pelle de oue porta anima de lupu.	Sub ovina pelle gerit animum (cor) lupinum.
Militari' li era suptu monte.	Milites erant ad radicem montis.
Se collicâ suptu peru.	Decubuit sub piro.
Lu prense suptu subala.	Amplexus est eum brachio.

Proptu propter, indicat causam, e. g.

Proptu peccate' le parenti' loru fu punitu.	Propter peccata parentum punitus fuit.
Proptu frigu nu se abe coctu granu' lu.	Propter frigus non maturuit triticum.

Versu versus, indicat directionem, e. g.

Indirectamu cursu' lu versu columne' le lui Ercule.	Dirigimus cursum versus columnas Herculis.
Versu mediadia.	Versus meridiem.
Versu medianocte.	Versus septemtriones.
Versu oriente.	Versus orientem.
Versu occidente.	Versus occidentem.

Secundu secundum, indicat allegationem, e. g.

Secundu Cicerone se pote violentia' la apperare cu violentia.	Secundum Ciceronem licet vim vi repellere.
Secundu opinione' la lui Augustinu e peccatu.	Secundum opinionem Augustini est peccatum.
Secundu que dice scriptura' la se cade a credere aquesta-à.	Secundum id, quod dicit scriptura, oportet hoc credere.

Frequentior est eius aequivalens *urmandu*, vel etiam *dupo*, uti: *urmandu Cicerone*, *dupo Augustinu*, etc.

Supra supra, indicat locum supereminentem, e. g.

Supra capu li sedeba unu corvu. Supra caput eius sedebat corvus.
Supra mente' la umana se convene a fire Dominedeu. Supra mentem humanam oportet Deum esse.

Eius compositae *desupra* et *asupra* sunt frequentiores; vide eas.

Infra infra, significatione priori opposita, e. g.

Omeru nu fu infra Lucurgu. Homerus non fuit infra Lycurgum.
Infra degnitate' la umana. Infra dignitatem humanam.

Eius aequivalentes *desuptu* et *dedesuptu* sunt frequentiores.

Intra intra, indicat locum certis limitibus circumscriptum, e. g.

Intra parieti' li casa' lei nu e securu de viuetia' la sea. Intra parietes domus non est suae vitae securus.
Intra margini' le terra' lei su vistrinsi à viuere. Intra limites regni tenentur vivere.

Extra extra, indicat statum extra locum certis limitibus circumscriptum; e. g.

Passâ tota nocte' la estra ciuitale. Transegit totam noctem extra urbem.
Estra gradina nu abe nemica. Extra hortum nihil habet.

Eius aequivalens est *afora*, uti: *afora d' in ciuitate, afora de gradina.*

Citra citra, indicat statum in loco, certo limite diviso, ex parte, qua reperimur, e. g.

Citra Danubiu jace Dacia' la lui Traianu. Citra Danubium jacet Dacia Traiani.

Eius aequivalens est *d' inquace*, uti: *d' inquace de Danubiu jace Dacia' la lui Traianu.*

Ultra ultra, indicat statum priori oppositum, e. g.

Ultra Renu jace Francia' la que se clamâ una data Gallia. Ultra Rhenum jacet Francia, quae vocabatur olim Gallia.

Eius aequivalens est *d' inquollo*, uti: *d' inquollo de Renu jace Francia' la, d' inquece Germania' la.*

Contra contra, indicat oppositionem, e. g.

Russi' lu procedu contra' Turci. Russi procedunt contra Turcos.
Verbî contra ratione et contra legi. Locutus est contra rationem et contra leges.

Ponitur adhuc

1. loco Praepositionis *versu* versus, e. g.

De à stanca' la contra directa' la. A sinistra dextram versus.
Quandu lu vedù curse contra ellu. Ut eum vidit, adortus est illum.

2. loco Praepositionis *à*, e. g.

Carti' le lui Paullu contra Romani. Epistolae Paulli ad Romanos.

Parce nihilominus hoc sensu adhibenda est haec Praepositio, nam nunquam sine ambiguitatis periculo fieri potest. Ita in adlato exemplo, nisi res historice nota foret, nullo modo distingui posset, an Paullus epistolas „contra Romanos" vel „ad Romanos" scripserit.

Cerca circa, indicat statum rei, de qua certa actio praedicatur, e. g.

Multi scrissero cerca aquesta facta. Multi scripserunt circa hanc rem.
Periro cerca trei milli de juueni. Perierunt circa tria millia juvenum.

Fora sine, indicat destitutionem re aliqua, e. g.

Neme e fora peccatu. Nemo est sine peccato.
Ellu e omu fora mente. Ille est rationis expers.
Bebe fora mesura. Bibit ultra modum.
Mi place quo e fora restate. Placet mihi, nam est sine malitia.

Praepositiones ex Substantivis conflatae.

Hae semper Genitivum casum post se postulant, e. g.

In capu' lu satù' lui cadù depre caballu. Ad portam pagi cecidit ex equo.
Infronte' la mesa' lei sedeba Fabianu. Primum ad mensam locum tenebat Fabianus.
In facia' la templu' lui se vede una casa inalta et formosa. E regione templi videtur domus alta et pulchra.
In dosu' lu casa' lei crescuro doue arbori. In parte adversa domus crevere duae arbores.
In tornu' lu oue' lei saliba agnelli' li. Circum ovem saltabant agni.
In pergiuru' lu Romani' loru era alante natiqui barbare. Circum Romanos erant tantae nationes barbarae.

In pectu' lu armata' lei era inimici.	E regione exercitus erant inimici.
In modu' lu unui cercu trasse penna' la.	In modum circuli duxit calamum.
In forma' la malliu' lui era facutu.	In forma mallei erat factus.
In mediu' lu pane' lei impunse cutitu' lu.	In medium panem iniecit cultrum.
In locu' lu militari' loru passaro densi.	In locum militum iverunt ipsi.
In cauda' la turma 'lei pergeba cane' le.	Gregem sequebatur canis.
In urma' la quelloru que dissimu.	Secundum ea, quae diximus.
In consequentia' la aquelloru-à se convene.	Juxta ea oportet.
In respectu' lu parenti' loru nu sumu equali.	Respectu parentum non sumus aequales.
In fine' le oratione' lei plecá capu' lu.	In fine orationis demisit caput.

Hac eadem ratione poscunt sequentes Praepositiones compositae, adiuncto sibi tanquam Substantivis Articulo, Genitivum casum; nempe: *inante* ante, *inderetru* retro, post, *desupra* supra, *dedesuptu* subter, *inintru* intra, *d'inafara* extra, *d' insusu* supra, *d' indiosu* infra, e. g.

Verbî inante' la popolu' lui.	Locutus est ante populum (coram).
Inderetru' lu carru' lui.	Post currum.
Desupra' la satu' lui.	Supra pagum.
Dedesuptu' lu monte' lui.	Infra montem.
Inintru' lu ciuitate' lei.	Intra civitatem.
D' inafara' la terra' lei.	Extra regionem.
D' insusu' lu casa' lei.	A parte domus superiore.
D' indiosu' lu gradina' lei.	A parte horti inferiore.

Pronomina possessiva, cum accepto penes se Articulo in genere et numero, poscunt hae Praepositiones, e. g.

Inante' la mea, inderetru' lu teu.	Ante me, post te.
Desupra' la nostra, dedesuptu' lu vostru.	Supra nos, infra vos.

Asupra' lamea, de supra' la tea. Contra me, supra te.
Inintru' lu meu, in facia' la tea. Intra me, coram te, etc.

Hoc eodem modo etiam reliquae earum compositae, in Analysi adlatae, construuntur.

De Praepositionibus compositis in genere adhuc notari meretur, quod earum pars antecedens *a* motum ad locum, aut quietem in loco; *in* motum in locum aut quietem in loco; *de* motum de loco aut quietem in loco; *pre* motum per locum significat; quibus, si repetita compositio accesserit, hae eaedem subtilitates augentur, quae a linguae gnaro quidem facile percipiuntur, in aliud autem idioma difficulter, aut plane nulla ratione, verti possunt.

SYNTAXIS ADIECTIVORUM.

Adiectiva concordant cum Substantivis in genere, numero et casu, e. g.

Pane bona et vinu bonu.	Panis bonus et vinum bonum.
Cani boni et oui bone.	Canes boni et oves bonae.

1. Adiectiva, si qualitatem simpliciter significant, communiter post Subtantiva occurrunt; e. g.

Muliere' la formosa nu remane fora petitori.	Mulier formosa non manet absque procis.
Unu cane turbatu me mosicâ de mana' la directa.	Canis rabidus momordit mihi manum dextram.
In Italia su multe ciuitati formose.	In Italia sunt multae pulchrae civitates.
Omini intellecti et directi.	Homines prudentes et justi.

Adiectiva postposita per emphasim expressa poscunt ante se Pronomen demonstrativum *quellu* vel *ellu* pleonastice; e. g.

Omini' li quelli boni nu se temu de neme.	Homines boni neminem timent.
Petru quellu micu nu era cu noi.	Petrus parvus non erat nobiscum.

2. Ante Substantiva ponuntur Adiectiva quotiescumque maiorem attentionem petere videntur, e. g.

Bone domine nu me lassare!	Bone domine non me derelinquas.
Sancti Parenti, rogati Domineden pru mene!	Sancti Patres, orate Deum pro me.

De Comparatione.

Dum duo vel plura obiecta inter se comparantur, fit id ope proprietatum ambobus communium. Hae proprietates sive sunt in utroque obiecto aequali gradu, sive unum eorum praecellit; in primo casu efficitur Comparatio gradu *aequali*, in secundo autem *inaequali*.

I. *Comparatio gradu aequali.*

Ad aequalem gradum proprietatum duorum obiectorum indicandum usurpantur Particulae: *asì-quà* tam-quam, *atantu-quantu* tantum-quantum; e. g.

Ella e asì de inalta quà soru sea.	Illa est tam alta, quam soror eius.
Granu' lu aquestu-à e atantu de caru quantu quellu altru.	Triticum hoc est tam carum, quam alterum.
Ellu e asì de misellu quà frate seu.	Ille est adeo miser, quam frater suus.
Noi abemu atantu de argentu quantu et voi.	Nos habemus tantum pecuniae, quantum vos habetis.

II. *Comparatio gradu inaequali.*

1. Quando duo obiecta inter se comparantur, quorum unum respectu cuiusdam proprietatis alteri praecellit, usurpatur Comparativus gradus cum Particula *quà* vel *de quantu* coniunctus; e. g.

Lucius e mai invetiatu quà Marcu.	Lucius est doctior, quam Marcus.
Ellu e mai connoscutu de quantu noi in este locori.	Ille est magis notus, quam nos in his locis.

Sequentibus Numeralibus cardinalibus ponitur tantum *de*, e. g.

Abe mai multu de septe caballi.	Habet plus, quam septem equos.
Mi dede mai paucinu de quinqui denarii.	Dedit mihi minus, quam quinque denarios.
Era de doue ori mai pretiosu.	Duplo carius erat.

2. Obiectum proprietates omnibus praecellentes habens exprimitur Superlativo gradu, adiunctis sibi Praepositionibus *intre* vel *d'intre* inter, aut *in* vel *d'in* ex, e. g.

Frate meu e quellu mai intellectu d' intre toti professori' li.	Frater meus est sapientissimus inter omnes professores.

À vicinu' lu nostru se capitu pane' la quella mai alba d' in tota civitate' la.	Apud vicinum nostrum datur panis albissimus in tota urbe.
Angeli' li su sancti' mai sancti de quantu noi, Deu e quellu mai sanctu.	Angeli sunt sancti, sanctiores quam nos, Deus est sanctissimus.

Ad altum gradum, extra Comparationem, indicandum usurpantur Particulae: *forte* valde, *multu* multo, *prè* admodum, e. g.

Aquestu cittatianu e forte diuctiosu.	Hic civis est valde dives.
Scrisse una carte sorori' laru selle quellaru multu amate.	Scripsit epistolam sororibus suis amatissimis.
Saccu' lu aquestu-à e prè graue.	Hic saccus est admodum gravis.

In titulis usurpatur antiquus Superlativus latinus, e. g.

Carissimi frati!	Carissimi fratres!
Clarissime Doctore!	Clarissime Doctor!
Illustrissime Domine!	Illustrissime Domine!
Sanctissime Patre!	Sanctissime Pater!

De Numeralibus.

1. Numeralia cardinalia *unu* unus, *doui* duo, *ambi* ambo, concordant cum Substantivis in genere, numero et casu, e. g.

Unu cane negru traieceba pre calle.	Unus canis niger transibat per viam.
Doue capre cu lacte.	Duae caprae lactariae.
Ambi frati' li furo à venatu.	Ambo fratres fuerunt venatum.
Amendoue sorori' le era in baselica.	Ambae sorores erant in templo.

2. Numeralia reliqua usque viginti cum Substantivis absolute junguntur, e. g.

In ursa' la quella mare se vedu septe stelle luminose.	In ursa maiori videntur septem stellae lucidae.
Octu supre dece filii abe abutu.	Octodecem filios habuit.

3. Numeralia ultra viginti usque centum, tanquam multipla de decem, tum *centu* centum, *mille* mille, *milliune* millio, posunt Praepositionem *de* post se; e. g.

Douedeci et quinqui de verveci.	Viginti quinque verveces.
Quatru milli de omini.	Quatuor millia hominum.

4. Numeralia ordinalia, distributiva, multiplicativa et proportionalia, Adiectivorum more cum Substantivis concordant, e. g.

Mi dede tomu' lu decimu.	Dedit mihi tomum decimum.
Responde à aquesta interrogatione semplice!	Responde huic simplici quaestioni!

SYNTAXIS PRONOMINUM.

I. De Pronominibus Personalibus

a) *Absolutis.*

Pronomina personalia absoluta loco Substantivorum subintellectorum adhiberi solent, e. g. *Constantinu connosce pre Liviu*, Constantinus noscit Livium; si igitur ambo haec nomina ex praecedentibus nota fuerint, tunc hoc enunciatum ita efferri potest: *ellu lu connosce* ille noscit eum.

1. Nominativi horum Pronominum, nisi peculiaris requiratur distinctio, omitti solent; e. g.

Nu scimu que so facimu.	Nescimus quid faciamus.
Percepu cogitu' lu teu.	Percipio cogitatum tuum.
Laudi que nu e de lauda.	Laudas quod non est laudabile.
Nu me intellegi.	Non intelligis me.
Auduforte bene que dicimu.	Audiunt valde bene ea, quae dicimus.

2. Dativus et Accusativus Pronominum absolutorum, dum adest Verbum eosdem petens, raro adhibentur, sed frequentius coniunctorum hoc in casu usurpantur, e. g.

Nu mi placu verbe'le vostre.	Non placent mihi verba vestra.
Lu lassaro mortu.	Reliquerunt eum mortuum.

Nota 1. Ubi oppositio plurium, aut accuratior distinctio requiritur, exprimantur necesse est; e. g.

Neci nobe neci vobe sta bene una portare quà aquesta-à.	Nec nobis nec vobis convenit huiusmodi comportatio.

2. Quotiescunque non in eadem sententia occurrit Verbum, pariter exprimi debent; e. g.

Cui dedesti poma' la?	Cui dedisti pomum?
Tibe, vobe.	Tibi, vobis.

Cui response aquesta-à?	Cui respondit hoc?
Nobe, vobe, mibe, tibe.	Nobis, vobis, mihi, tibi.

3. Accusativus Pronominum personalium absolutorum distinctionis et accuratioris determinationis causa, semper Praepositionem *pre* ante se postulat, e. g.

Pre noi lauda pre voi diffama.	Nos laudat vos vituperat.
Pre quine cauta servu' lu?	Quem quaerit servus?
Pre tene, pre voi, pre ellu, pre elli etc.	Te, vos, illum, illos, etc.

3. Tam Dativus, quam Accusativus absolute ponitur, maioris emphaseos exprimendae causa, etiam si adfuerint Pronomina coniuncta; e. g.

Mi lu dede mibe, et nu tibe.	Dedit id mihi, et non tibi.
Nobe ni dice quo e sanitosu, et vobe vi mente quo e morbosu.	Nobis dicit se sanum esse, et vobis mentitur se aegrum esse.
Pre mene me dole capu' lu et pre voi ocli' li.	Mihi dolet caput et vobis oculi.

b) *Coniunctis.*

1. Pronomina personalia coniuncta, quae etiam reciproca vocantur, in Dativo et Accusativo casu nunquam omitti solent; e. g.

Da-mi quinqui denarii et mi e desatullu.	Da mihi quinque denarios, et satis est mihi.
Nu ti pare reu de morte' la lui?	Nullone teneris dolore illius mortis.
Nu si mai adduce a mente de noi.	Non recordatur amplius nostrum.
Nu le da neci de bebere neci de mancare.	Nec ad bibendum nec ad comedendum dat eis.
Ni e mai bene aici.	Melius est nobis hic.
Vi spone mentioni.	Dicit vobis mendacia.
Le da septe supre dece cruciarii pre dia.	Dat eis septemdecem crucigeros pro die.
Me intristai forte audindu aquesta-à.	Cóntristatus sum valde hoc audiens.
Te roga so li dai una pane.	Rogat te, velis illi panem dare.
Verbiti mai clarŭ quo nu ve intellege.	Loquimini clarius, nam non intelligit vos.
Lassa-li in mana' la lui Dominedeu.	Permitte eos bonae malaeque illorum sorti.

Nu le mai vedemu de quatru septamani.	Non videmus illas jam a quatuor hebdomadibus.
Ne pone dracu' lu so ne ducimu in vinaria in locu de ne ducere à baselica.	Ducit nos malus genius in popinam, quum in templum ire deberemus.

2. Haec Pronomina Verbis coniuncta tam ante, quam post ea poni possunt; sed hoc ab emphasi dependet; e. g.

A rare ori te vediu.	Raro te video.
Que faci, rogu-te?	Quid agis, quaeso?
Me miru de reutate' la omu' lui.	Miror malitiam hominis.
Tu lu connosci asì de bene quomu lu connoscu egu.	Tu eum tam bene noscis prout ego illum nosco.
Connoscimu-lu pino d'inquollò.	Noscimus eum citra et ultra.
Lu poteti vedere que omu e.	Potestis videre qualis homo sit.

a) In Coniugatione negativa semper ante Verbum occurrunt, e. g.

Nu ne dole nemica.	Nihil nobis dolet.
Nu li pote sufferire.	Non potest illos ferre.
Nu se porta quomu desidera parenti' li.	Non se gerit, ut desiderant parentes.
Quomu nu ti vene esta-à in capu?	Quomodo non incidit hoc tibi in mentem?

b) In Coniugatione interrogativa absoluta post Verbum occurrunt; e. g.

Dai-lu au ba?	Das id vel non?
Duci-te cu elli?	Is cum eis?
Poti-lu intellegere?	Potes illum intelligere?
Connoscili-le?	Noscitis illas?
Pare-le desatullu?	Videtur illis satis?
Impromuti-mi aquesta summa?	Das mihi mutuam hanc summam?

Excipitur casus, 1. quo interrogatio simul negativa est, e. g.

Nu ti sposei quo e omu de nemica?	Non dixi tibi, quod homo sit nequam?
Nu se buccula quo abe capitatu et atanta-à?	Non laetatur se tantum quoque accepisse?

2. quo Particulae interrogativae Verbum comitantur, e. g.

Unde te duci?	Quo vadis?
Diquè nu lu lassi à dracu' lu?	Quare non sinis eum malo suo genio.

Et nu te poti lassare de blastematie-'le este-à una data?	Et non potes vale dicere semel his nefandis actionibus?
Que te dole?	Quid tibi dolet?
Quomu te clama?	Quomodo te vocant?
Quandu lu adduciti à noi?	Quando adducitis eum ad nos?
Quantu le dati pre este funi?	Quidnam datis illis pro his funibus?
Quine vi da atantu argentu?	Quis dat vobis tantam pecuniam?

c) In Imperativo modo post Verba occurrunt, e. g.

Tramitte-le negotiatoriu' lui!	Mitte ea negotiatori!
Leuati-le in mana!	Accipite ea manibus!
Poniti-la pre mesa!	Ponite illam ad mensam!
Du-te afara!	Vade foras!
Subimu-ne in carru!	Adscendamus currum!

Excipitur casus negativus, e. g.

Nu te ducere afara!	Non vadas foras!
Nu ve mesticati in lucrori' le altrui-à!	Non immisceatis vos rebus alterius!
Nu le mai rompe tu capu!	Ne vexate illos amplius!

d) Cum Gerundio occurrunt postposita; e. g.

Atunci vedendu-ne incepil à plangere.	Tunc videns nos coepit flere.
Temendu-se de rigore' la lege 'lei incessá a facere reu.	Timens rigorem legis cessavit a male agendo.
Mirandu-te de invetiatura' la lui inquo paucinu abi facutu.	Mirando illius doctrinam adhuc parum fecisti.

3. Occurentibus duobus Verbis, quorum unum in Infinitivo modo reperitur, Pronomen alteri praeponitur; e. g.

Que ti potiu sponere, ti sponiu.	Quod tibi narrare possum, hoc narro.
Nu te potemu laudare.	Non possumus te laudare.
Ellu le scie facere quomu se cade.	Ille scit ea facere, uti oportet.

4. In Coniugatione periphrastica Pronomen ante Verbum auxiliare locum sibi vindicat; e. g.

Vedeti, quantu li abemu datu et inquo nu e contentu.	Videte, quantum dedimus illi, et tamen non est contentus.
Numeratu li abi argentu' lu?	Numerasti illi pecuniam?
Me voliu intorquere ero a casa.	Redibo rursus domum.

Leuare lu veli cu voi?	Feretis illum vobiscum?
Potutu la abi faeere?	Potuistine id facere?

5. Concurrentibus Dativi casus Pronominibus cum Accusativi reciprocis, illa semper primum, haec vero secundum locum occupant; e. g.

Mi te lauda de quante ori vene à mene.	Laudat te mihi, quoties ad me venit.
Mi se rediqua peli' li audindu-te.	Stant mihi comae, quum te audio.
Du-te in casa et li lu da in mana, quo nu crediu quo lu va aflare.	Intra domum, et porrige id ei in manum, nam non credo quod sit inventurus illud.
Rogu te lassa-mi-la pino mane.	Rogo te, sine eam mihi usque crastinum diem.

6. Dativi casus Pronomina personalia frequentissime possessivorum loco abhibentur; e. g.

Maria mi e soru.	Maria est soror mea,
Liuia mi e filia.	Livia est mea filia.
Nu mi e muliere qui cognata.	Non est mea uxor, sed mea affinis.
Marcu mi fu socius pre tota calle' la.	Marcus fuit meus comes toto itinere.
Degite' le li su plene de vulneri.	Digiti eius sunt pleni vulneribus.

7. Accusativi casus Pronomina personalia singulariter adhibentur post Adverbium *ecco* ecce; e. g.

Ecco-me, ecco-te.	Ecce me, ecce te.
Ecco-lu, ecco-la.	Ecce illum, (ellum); ecce illam, (ellam).
Ecco-ne, ecco-ve.	Ecce nos, ecce vos.
Ecco-li, ecco-le.	Ecce illos, (ellos); ecce illas, (ellas).
Ecco-me quo veniu.	Ecce venio.
Unde su forfici' le?	Ubi sunt forfices?
Ecco-le!	Ecce illas!
Ecco-li quantu su de miselli.	Ecce quam miseri sunt.

II. De Pronominibus possessivis.

Pronomina possessiva tam ante, quam post Substantiva locum habere possunt; tamen frequentius secundo adhibentur, nisi emphasis primum poscat. In utroque casu autem, ante se Articulum petunt; e. g.

Cane' le meu prense unu lepore.	Canis meus cepit leporem.
Vacci' le vostre su mai grasse de quantu elle vicinu' lui.	Vaccae vestrae sunt pinguiores, quam illae vicini.
Ellu meu lucru e mai graue quà ellu vostru.	Meus labor est difficilior, quam vester.

a) In Vocativo casu sine Articulo occurrunt, ast simul substantivorum in *u* desinentium formationem in *e* prohibent; e. g.

Dominu meu et Deu meu nu me lassare!	Domine mi Deus, noli me derelinquere!
Frati mei, auscultati convente' le melle!	Fratres mei, auscultate verba mea!
Anima' la mea, quantu te abi intristatu!	Anima mea, quantum contristata es!

Vocativi *mi* mi et *mei* mei, Substantivis praepositi possessivorum significationem amiserunt, et tantum ut Interiectiones adhibentur, e. g.

Mi Petre, da-mi penna' la!	Mi Petre, da mihi pennam!
Mei socii, fiti cu anima!	Mei socii, estote forti animo!

b) Substantivis cognationem significantibus juncta haec Pronomina plerumque Articulum respuunt; e. g.

Frate meu et soru mea se dussero in teatru.	Frater meus et soror mea iverunt in theatrum.
Cognatu teu et cognata tea furo eri in gradina' la nostra.	Affinis tuus et affinis tua fuerunt heri in nostro horto.

III. De Pronominibus demonstrativis.

1. Pronomina demonstrativa: *ellu* ille, *ella* illa, *estu* iste, *esta* ista, et eorum composita, Nominibus praeposita absolute occurrunt; e. g.

Estu tempu e forte caldu.	Hoc tempus est valde calidum.
Esta nocte e forte frigida.	Haec nox est valde frigida.
Ellu cane me mosicá de petiolu.	Ille canis mihi pedem momordit.
Elle pere su putride.	Illa pira sunt putrida.

2. Substantivis postposita sibi Particulam *à*, illis vero Articulum desiderant; e. g.

Tempu' lu aquestu-à e forte caldu. Tempus istud est valde calidum.

Nocte' la esta-à e forte frigida. Nox ista est valde frigida.

Cane' le aquellu-à me mosicá de mana. Canis ille momordit mihi manum.

Pere' le elle-à su putride. Pira illa sunt putrida.

3. Substantive, hoc est, absque Nominibus posita, semper Particulâ *à* copulata occurrunt, indicatque *estu-à* vicinius *ellu-à* remotius obiectum; e. g.

D'intre tote vestimente' le elle-à su quelle mai formose, vero este-à ti sedu mai bene. Inter omnia vestimenta illa sunt pulcherrima, haec vero tibi magis conveniunt.

Filippu et Alessandru furo mari duci, aquellu-à era patre' le aquestui-à. Philippus et Alexander fuerunt magni duces, ille pater erat istius.

4. Demonstrativum *ensu* ipse, semper cum Dativis personalium coniunctorum copulatum occurrit, e. g.

Egu ensumi nu sciu que so facu. Ipsemet nescio, quid faciam.

Ellu ensusi mi la spose. Ille ipse hoc mihi dixit.

Elle ensesi se declararo. Illae ipsae declararunt.

5. Compositum *densu* ipse, saepenumero tertiae personae *ellu* loco occurrit, e. g.

Valentinu passá iberna' la in Gallia cu militari' li sei, in primavera lassá aquesti-à cu Flaccu, et densu venî in Italia. Valentinus transegit hiemem in Gallia cum suis militibus, ineunte vere reliquit hos cum Flacco, ipse autem in Italiam venit.

IV. De Pronominibus relativis.

1. Pronomina relativa concordant cum Nominibus praecedentibus in genere et numero, in casu autem a Verbis subsequentibus dependent, e. g.

Omu' lu qui nu percepe neci atanta-à, nu merita mare lauda. Homo, qui nequidem tantum intelligit, haud magnam laudem meretur.

Facta' la que nu place dominu' lui nu pote placere neci nobe. Opus, quod domino non placet, nec nobis placere potest.

Toti qui nu vedeti in intenebri-cu apprenditi lumina' la.	Omnes, qui non videtis in tenebris, accendite lucernam.

2. Pronomen *quale* qualis, etiam ut relativum adhibetur, eademque ratione construitur, e. g.

Popillu' lu quale traiecû anunci pre ici e filiu' lu lui Stefanu.	Puer, qui nunc hic pertransivit, est filius Stephani.
Mulieri' le quali nu se sciu neci ornare, nu sciu nemica, asi e de mare vanitate' la in elle.	Mulieres, quae nec se ornare sciunt, nihil sciunt, tanta est in illis vanitas.

3. Quum relativa sententiam incipiunt, praeponi solent ipsis demonstrativa *quellu* ille, *quella* illa, e. g.

Quellu qui e sanitosu nu cauta medicu.	Qui sanus est non quaerit medicum.
Quelli qui furo cu noi moriro toti.	Qui nobiscum fuere, omnes mortui sunt.
Quelle qui nu ama vertute' la merita dispretiatione.	Illae, quae non amant virtutem, merentur despectum.

Pleonastice repetuntur demonstrativa, quando Substantiva praecedunt, e. g.

Dominedeu' lu nostru, quellu qui esci in celori.	Deus noster, qui es in coelis.

V. De Pronominibus interrogativis.

1. Pronomina interrogativa: *quale* qualis, quis; *quantu* quantus, concordant cum Substantivis sibi adiunctis in genere, numero et casu.

Quine me striga?	Quis me vocat?
Filiu teu. Quale? Marcu.	Filius tuus. Qualis? Marcus.
Quale calle e mai scurta de ici pino à Vienna?	Quae via est brevior hinc usque Viennam?
Quanta lana abeti comperatu?	Quantum lanae emistis?

Tam *quale* quam *quantu* usurpantur ut Particulae comparativae, quo in casu responsivae *atale* et *atantu* eis adiici solent; e. g.

Quale tata atale filiu.	Qualis pater talis filius.
Quante capite atante cogite.	Quot capita tot sensa.

2. Interrogativa: *quine* quis, *que* quid, absolute occurrunt, illud de personis, hoc vero de rebus quaerit, e. g.

Quine intra in casa?	Quis intrat domum?
Que faciti?	Quid facitis?
Cui esci debitoriu?	Cui debes?
Pre quine laudati?	Quem laudatis?
Cu quine amblati?	Cum quo ambulatis?

Ambo usurpantur etiam sensu relativo, e. g.

In ciuitate' la aquesta-à quine nu abe argentu nu abe neci ominia.	In hac urbe qui pecuniam non habet, nec honorem habet, (nihili censetur).
Quine pote, osse rode.	Qui potest, ossa rodit (prov.)
Vai de quine nu lu ausculta!	Vae illi, qui ei non obtemperat.

VI. De Pronominibus indefinitis.

Pronomina indefinita Substantivis praeponi solent absolute, hoc est, sine Articulo, e. g.

Multi literati scrissero desupre aquesta materia.	Multi literati scripserunt hanc super rem.
Altre tempore altre opinioni.	Alia tempora, aliae opiniones.
Uni pesci su electrici.	Quidam pisces sunt electrici.

a) Totu Substantivis junctum, Articulum quoque eis adnexum habere vult; e. g.

Totu sange' le mi se turbulâ.	Omnis sanguis mihi turbatus (concitatus) est.

b) Unu et *altru* absolute, hoc est sine Substantivo, posita poscunt in Nominativo et Accusativo Articulum sibi subiunctum, e. g.

Uni' li se jocaba et altri' li dormiba.	Nonnulli ludebant, alii dormiebant.

c) Quellu altru, hoc modo cum demonstrativo copulatum exprimit latinum „alterum", e. g.

Mi abi impromutatu doui florini, unu' lu ti dedei eri, ecco quellu altru.	Mutuos mihi dedisti duos florenos, unum redditi tibi heri, ecce alterum.

d) Neme nemo, substantive ponitur et ad negationem perfectam efficiendam *nu* non, adhuc desiderat, e. g.

Neme nu ne connosce.	Nemo noscit nos.
Neminui nu sede bene intemperantia' la.	Nemini est decori intemperantia.
Pre neme nu te poti lassare.	Nemini fidere potes.

SYNTAXIS VERBORUM.

Quodvis enunciatum vi Verbi, quo aliquid fieri aut non fieri declaratur, sensum perfectum acquirit.

Verbum concordat cum Nomine aut Pronomine in Nominativo casu posito, tanquam Subiecto, in persona et numero.

De Personis Numeri singularis.

1. Prima persona usurpatur quotiescunque loquens ipse Subiectum orationis efficit, e. g.

Egu su dominu' lu teu.	Ego sum dominus tuus.
Nu crediu quo pote fire aleque in natura mai formosu quà capu' lu omu' lui.	Non credo aliquid pulchrius esse in natura quam caput hominis.
Que dicu egu, se cade so se faca.	Quid ego dico, oportet fieri.

2. Secunda persona usurpatur, quum sermonem ad aliquem praesentem aut etiam absentem dirigimus, imo etiam ad res inanimatas, dummodo eas nobis tanquam entia intelligentia repraesentamus, e. g.

Tu nu scribi bene, Publie.	Tu non scribis bene, Publi.
Veno filiu meu so ti sponiu que se cade so fáci.	Veni mi fili, ut dicam, quid te facere decet.
O domine, quandu ti adduci a mente de noi!	O domine, quando reminiscéris nostrum!
Sorte, incessa de me persecutare!	Sors, cessa me persequi!
Flore formosa, quantu de paucinu abi delectatu ocli' li nostri et quantu de currendu abi traiecutu, emblema de ella nostra viuetia.	O flos pulcher, quam parum delectasti nostros oculos, et quam cito transivisti, emblema vitae nostrae.

3. Tertia persona usurpatur, dum de personis aut rebus extra loquentium sphaeram existentibus sermo fit, e. g.

Neme nu salta quandu e tristu, vero Marcu plange quandu e plenu de letetia.	Nemo saltat tristis, ast Marcus flet, quando est laetitia plenus.
Numeru' lu stelle' laru e forte mamare, et quelli mai sublimi	Numerus stellarum est valde magnus, et maxime sublimes Astro-

astronomi nu lu abu potutu determinare, bene quo passaro tota viuetia' la loru contemplandu celu' lu.	nomi eum determinare non potuerunt, quanquam totam suam vitam coelum contemplando transegerint.

Haec persona ponitur quotiescunque Subiectum aliquod generaliter, absque aliqua restrictione, exprimi debet, ast Verbum tunc est communiter impersonale reciprocum, e. g.

Se dice quo Juliu e mortu.	Dicitur Julium mortuum esse.
Se clamá facta rea tota aquella-à que se certa cu directu' lu altrui-à.	Vocatur nefas quidquid certat cum jure alterius.
Se cade so facimu que ni commanda lege' la.	Oportet nos facere id, quod lex dictat.

De Personis Numeri pluralis.

Personarum pluralis numeri eadem est ratio, quae singularis.

1. Prima persona pluralis ponitur, quotiescunque loquens plura individua secum ad eandem categoriam pertinentia suo sermone repraesentare nititur; e. g.

Noi omini, vedemu que e bene, lu laudamu et facimu reu.	Nos homines videmus quid bonum est, laudamus id, et facimus malum.
Que abemu' qaesticatu eri perdimu ádi.	Id, quod heri acquisimus, hodie perdimus.
Volemu et nu volemu, plangimu et ridimu, cautamu que nu aflamu; desideramu que nu abemu, resipimu que possedemu; cu una verba, sumu omini et in totu momentu' lu damu proba de ella nostra imperfectione.	Volumus et nolumus, flemus et ridemus, quaerimus quae non invenimus, desideramus quae non habemus, dissipamus quae possidemus, verbo, homines sumus, et omni memento documenta de nostra imperfectione damus.

Saepe numero ponitur prima persona pluralis pro singulari, praecipue cum loquens de suis proprietatibus sermonem instituit, modestiae ergo, e. g.

Totu que sta in potere' la nostra facimu, pru aquelle-à ne rogamu, de quante ori se presenta occasione' la so ve indirectati à noi.	Omne id, quod in nostris est viribus facimus, quapropter rogamus, quotiescunque offerat se occasio, nos adire velitis.

Connoscimu quo laudi' le et premie-'le vostre abu passatu cu multu eepe-tatione' la nostra.	Agnoscimus, laudes et praemia vestra multo superasse exspectationem nostram.
Abemu quantu ni adjunge a viuere contenti.	Habemus quantum requiritur ad contente vivendum.
Sumu felici abendu unu amicu quà aquellu-à.	Sumus felices talem habentes amicum.
Nu potemu regratiare quomu se convene pru atantu benefeciu.	Non possumus gratias agere, ut convenit, pro tanto beneficio.
Nu intellegimu que diciti.	Non intelligimus quid dicitis.

2. Secunda persona pluralis ponitur quotiescunque loquens sermonem suum ad plura obiecta dirigit; e. g.

Carissimi frati, quandu mai veniti à noi?	Carissimi fratres quando venitis adhuc ad nos.
Nu vèdeti quo notati in miseria?	Non videtis vos miseriâ premi?
Do percepiti que dicu, pru que nu me auscultati?	Si intelligitis quid vobis dico, quare non auscultatis.
Voi me clamati dominu, et egu ve estimu quà frati.	Vos me dominum vocatis, et ego vos ut fratres aestimo.

3. Tertia persona pluralis ponitur quotiescunque loquens plura obiecta remotiora suo sermone refert; e. g.

Omini' li nascu, viuu, moru, ecco ella loru sorte!	Homines nascuntur, vivunt, moriuntur, ecce illorum sors!
Medici' li stau bene, quandu altri stau reu, una proba quo omini' li su impartiti in classi, asì quantu si tenu inseme unu certu equilibriu, et quà uni' li so traga, e necessariu quà altri' li so perdia.	Medici bene se habent quando alii male, documento, homines divisos esse in classes, et, ut hi praeponderent, alii necessario de pondere perdere debent.

De Temporibus simplicibus.

A. *Indicativi modi.*

Modi indicativi tria tempora: praesens, praeteritum, futurum, vocantur *absoluta*, quia per se intelliguntur; reliqua: imperfectum, plusquamperfectum et futurum exactum vocantur *relativa*, quia nonnisi relatione quapiam ad tempora absoluta intelliguntur; unde haec ultima plerumque in sententiis subordinatis occurrunt.

1. Per tempus praesens sistit loquens rem eo temporis momento, quo reperitur ipse. ad quod tamen plus minus de praeterito computat; e. g.

Demetriu passa verà la in campania.	Demetrius transigit aestatem in villa (ruri).
Scribimu, legimu et invetiamu, aqueste-à su tote lucrori' le nostre.	Scribimus, legimus, et discimus, haec sunt omnia opera nostra.
Dorme mai multu de quantu pervegledia.	Dormit plusquam vigilat.

2. Per tempus praeteritum perfectum proponit narrans rem absolute ut praeteritam, absque relatione quapiam ad durationem, e. g.

Scrissei unu versu.	Scripsi versum.
Li dedei una palma.	Impegi ei colaphum.
Planse cu suspiru intellegendu quo morî matre sea.	Flevit cum suspirio intelligens mortuam esse suam matrem.
Popillu' lu salî disculciu in neue.	Puer saliit pedibus nudis in nives.
Toti tacûmu audindu este verbe.	Omnes conticuimus haec verba audientes.
Portâmu aquesta sarcina tota viuetia' la nostra sine ne vagitaxe.	Gessimus hanc sarcinam totam nostram vitam, quin conquesti simus.

3. Per tempus futurum indicat loquens rem quandam eventuram, absque ulteriori relatione, e. g.

Peribe et ellu quà patre seu.	Peribit etiam ille ut pater eius.
Dabiu siaqualui dece denarii.	Dabo cuivis decem denarios.
Remanebimu imperuna pinò à morte.	Remanebimus simul usque ad mortem.
Potebii venire cu mene?	Poterisne mecum venire?
Venibiti cu noi in ciuitate?	Venietis nobis cum in urbem.
Valeriu sedebe a casa.	Valerius manebit domi.
Seminabimu et noi in data que ploua.	Seminabimus nos quoque quam primum pluit.

4. Praeteritum imperferfectum ut descriptivum usurpatur, quando de rebus, quae aliis simultanee in praeterito durant, sermo fit, e. g.

Noi eramu in campu quandu in cepù a plouare.	Nos eramus ruri quum coepit pluere.
Ningeba forte quandu egu plecai de à mola.	Ningebat valde quando ego a mola movi.
Sociu' lu meu adjunse in ellu tempu que egu li scribebam.	Comes meus advenit eo tempore, quo ego illi scribebam.
Aquesta-à se intemplà pino egu eram pre calle.	Hoc evenit, quandiu ego in itinere eram.
Luciu veniba à cena de quante ori scieba quo nu pertraiecimu sera' la afora d' in casa.	Lucius veniebat ad coenam quoties sciebat nos vesperam haud extra domum transacturos.
Omini' li secilaba quandu incepù a grandinare.	Homines siciliebant quando coepit grandinare.

5. Praeteritum plusquam perfectum indicat res, quae ante initium aliarum praeteritarum iam perfectae fuerunt, quapropter semper penes aliquod praeteritum perfectum occurrit, e. g.

Quandù adjunse carte' la tea frate meu plecara à Roma.	Quando advenit tua epistola frater meus itineri se accinxerat Romam.
Mancara totu quandu ellu venì à cena.	Totum comederant, quando ille ad coenam venit.
Fù occisu de aquellu-à pre quale ellu scapara de morte.	Occisus est ab eo, quem ipse morte liberaverat.
Dupo que essira d' in casa cadù mortu.	Postquam domo exiisset, mortuus cecidit.
Pausania fù ingropatu in ellu locu unde si posera viuetia' la.	Pausanias sepultus est eo in loco, ubi vitam amiserat.
Dupo que tacura quelli altri, Sestu ordì conventu' lu.	Postquam tacuissent reliqui, Sextus orsus est sermonem.

6. Futurum exactum declarat rem futuram tunc fore peractam, quando alia sequetur, quapropter semper cum alio Verbo, cui inest conceptus status futuri, ocurrit, e. g.

Stabimu mai bene quandu invetiarimu, que poscesce et cu que se contentedia natura' la.	Melius nos habebimus, quum dicerimus, quid poscat et quibus rebus cententa sit natura.
Quandu adjunserè à casa fibiu et egu mai tranquillu.	Quando domum advenerit ego quoque magis tranquillus ero.

Tempora periphrastica.

Temporum periphrasticorum seu compositorum eadem ratio est, quae simplicium, et maiori in usu sunt in quotidiano sermone, licet onerosa sint, et sua prolixitate orationem omni elegantia spoleant, et vago conceptum exprimendi modo, omni praecisione careant; quapropter in elegantiori scribendi stilo non sunt commendanda, praecipue quum adsint simplicia, quibus quodvis tempus et quivis modus maxima cum accuratione exprimi potest.

Periphrasticorum itaque:

1. Praeteritum perfectum (compositum scilicet) exprimit rem ante actam, et quodammodo indeterminatam; e. g.

Abemu vedutu pre imperatoriu 'lu.	Vidimus imperatorem.
Que abeti facutu pino anunci?	Quid fecistis hucdum?
Datu-li abi argentu'lu que ti lassaramu?	Dedisti illi pecuniam, quam tibi reliqueramus.
Tota septimana nu li abiu vedutu.	Totam septimanam non vidimus illos.
Abu essitu d'in casa sine dicere una verba.	Exivit domo, quin verbum dixisset.

2. Praeteritum plusquam perfectum active (cum auxiliari *abere*) compositum in pleno est usu apud Aureliani Daciae incolas, Ultradanubiani autem plerumque eo abstinent, et vel neutraliter (cum auxiliari *fire*) composito, vel exaggerato utuntur, ast raro sine ambiguitatis periculo; nam tam prius quam posterius in Verbis quidem neutris apte statum plusquam perfectum indicat, in activis vero omnino passivam producit significationem; ita, e. g. *Egu veram venitu mai inante de que incepusse a ningere*, Ego veneram priusquam coepisset ningere, est plane idem ac: *Egu veniram mai inante de que incepusse a ningere*; ast vero: *Petru inquo nu era seminatu quandu appose sole' le* potest significare: Petrus adhuc non severat, quando sol occidit; sed nihil impedit, quin significet: Petrus adhuc non erat satus quando sol occidit; et ita primo sensu: *Petru inquo nu seminara quandu oppose sole' le*, secundo: *Petru inquo nu fu seminatu quandu oppose sole' le*, intellegi potest. Simili modo res se habet cum exaggerato, nam: *Inquo nu abe fastu*

essitu d'in casa quandu batû octu, adhuc non exiverat domo, quum octava sonuit; verti potest: *Inquo nu essira d'in casa quandu batû octu.* Non autem ita; *Inquo nu abe fostu mancatu quandu batû octu*, quod significare potest: adhuc non ederat quando sonuit octava, et: adhuc non voratus erat quando sonuit octava; et primo sensu verti potest: *Inquo nu mancara quandu batû octu*, et secundo: *Inquo nu fû mancatu quandu batû octu;* praeterea sua prolixitate magnam causat hoc exaggeratum onerositatem, quapropter necquidem in possivo, adhuc minus in activo commendandum est, et eodem vitio laborant etiam citradanubiana active composita, licet sensui non noceant.

3. Futurum compositum rem futuram vagam denotat, nulloque obiecto fixam, nullaque relatione ad alias obstrictam, e. g.

Venibimu et vomu remanere à voi.	Veniemus et manebimus apud vos.
Spone-mi que vei dicere?	Dic mihi, quidnam dices?
Dare mi lu vei pre-unu annu?	Dabis id mihi per annum (pro anno)?
Nu ti voliu mai dicere nemica.	Nihil amplius tibi dicam.

Tertia persona Verbi *voliu* cum sequente Coniunctivo pariter futuram significationem parit, e. g. *Va so viniu à voi et va so vi sponiu facte ne audite.* Veniam ad vos et dicam vobis res inauditas; *crediu quo tu so ploue*, credo quod pluet.

4. Futurum exactum, in genere, tempus est valde delicatum, et eius usus adhuc delicatior. Ex quatuor formis, simplex, genuina, vera et elegans est Aurelianidarum (superius exposita), Traianidae exaggeratâ eius loco utuntur, quae ambiguitatem parit, quapropter dissuadenda; et praeterea magnam post se trahit onerositatem, qua nec reliquae duae, active compositae, carent.

In genere periphrasticis temporibus summa cum cautela utendum, nam permultum praecisioni linguae nocent, eamque laxam reddunt, quum, caeterum, res sat clare et determinate temporibus simplicibus exprimi possit.

B. *Coniunctivi modi.*

1. Tempus praesens Coniunctivi modi usurpatur, ubi de re incerta, aut conditionata vel arbitraria, quasi a voluntate loquentis

dependente sermo fit, quapropter semper post aliud Verbum in aliquo tempore Indicativi modi locum tenens sequitur, et quidem Coniunctione *so* ut, copulatum. Verba, in Indicativo occurrentia et Coniunctivum petentia, sunt exprimentia: 1) necessitatem: *se cade* oportet, *se convene* convenit, *e necessariu* necesse est, *e de opu* opus est, *e conveniosu* conveniens est; 2) mandatum: *commandu* mando, *dicu* dico, *sponiu* dico; 3) voluntatem: *voliu* voliu, *proponiu* propono; 4) desiderium: *desideru* desideru, *optu* opto, *poscu* vel *poscescu* posco, *queru* quaero, *petescu* peto; 5) consilium: *conseliu* suadeo, *invetiu* doceo; 6) rógationem: *me rogu* rogo, et contrarium; e. g.

Se cade so se tenia omu' lu de verba.	Oportet hominem stare verbis.
Se convene so faca siaquale debitoria' la sea.	Convenit, ut quisque suum faciat officium.
Nu e necessariu so remaneti in esta ciuitate.	Non est necessarium, ut maneatis in hac urbe.
Commanda so pergimu in Germania.	Mandat, ut eamus in Germaniam.
Ni dice so facimu bene so lu espectamu.	Dicit nobis, ut eum exspectare velimus.
Sponiti-li so venia de altra data.	Dicite illi, ut alia vice veniat.
Nu voliu so ti facu esta incommoditate.	Nolo tibi hoc incommodum facere.
Proponiu so nomesca pre Deme triu judice.	Propono, ut Demetrium judicem nominent.
Desidera so remanemu cu densi à prandiu.	Desiderant, ut cum eis ad prandium maneamus.
Quere so li se dea unu responsu.	Petit, ut responsum illi detur.
Ni conselia so invetiamu et esta scientia.	Suadet nobis, ut hanc quoque discamus scientiam.
Li invetia so fure.	Docet illos, ut furentur.
Ve roga so li dati quantu poteti.	Rogat vos, ut illi detis, quantum potestis.
Se roga so nu lu lassati.	Rogat, ut illum relinquere nolitis.

Ad finem, propter quem aliquid fit, clarius exprimendum, solet Coniunctivo modo Particula *quaso* vel *quà so*, aut *pru quaso* ut, praefigi; e. g.

Quà so pote verbire reu de noi nu ne perdû tola sera' la de ocli.	Ut possit de nobis male loqui, nos totam vesperam oculis secutus est.
Pru quaso sedia a casa iberna'la suda tota vera'la.	Ut possit domi sedere hieme, sudat totam aestatem.
Quà nu dora so ne perdia, ne urmâ preotinde.	Ne forte nos perdat, ubicunque nos secutus est.

b) Ponitur deinde hoc tempus pro modo mandativo; e. g.

So nu essi d'in curte pino que nu voliu venire egu inderetru.	Ne exeas aulâ quousque ego non redibo.
So nu queriti nemica, et inquo do vi da aleque so nu leuati.	Nihil poscite, et etiam si aliquid vobis dat, non accipite.

2. Tempus praeteritum imperfectum Coniunctivi modi aut conditionem indicat, aut desiderium sub conditione denotat; primo casu occurrit cum Coniunctione *do, si* si, secundo absolute, e. g.

Do aberemu filii, firemu mai felici.	Si filios haberemus, feliciores essemus.
Remaneremu et noi aici do nu aberemu altre lucrori.	Maneremus nos quoque hic si alios non haberemus labores.

Hoc modo, eodemque sensu usurpatur etiam periphrasticum; e. g.

Abemu bebere do abemu abere que.	Biberemus, si esset quid.
Vi abiu sponere aleque do abiu scire quo vi teneti gula' la.	Narrarem vobis aliquid, si scirem vos id non proditurus.

3. Tempus praeteritum perfectum, quod respectu formae, idem est cum plusquam perfecto, occurrit, quoties de re incerta praeterita, aut de conditione vel desiderio, qua praeteritis sermo fit; e. g.

Asì et voi potusseti venire à prandiu fiendu clamati.	Sic vos etiam potuissetis ad prandium venire, quum vocati essetis.
Do connoscussemu cogite'le vostre nu ne interdiuassemu a facere aquesta-à, quomu et fusse de difficile.	Si novissemus cogitationes vestras, non intermisissemus hoc facere, quantumvis difficile etiam fuerit.

Periphrastica praeteriti, tam perfecti quam plusquam perfecti, non adeo sunt in usu, et exaggerata hic quoque eandem periculosam pariunt ambiguitatem, praesertim in Verbis Activis; e. g. *Si fii venitu et tu cu noi abi fire auditu cu aurecli'le, que pote vomire una gula fora frenu*, si nobiscum venisses, propriis auribus audivisses, quid os effrenum vomere po

test; — sat bene, ast: *do abi fire insellatu nu abi jacere aici* potest significare: si decepisses, non jaceres hic, et etiam: si deceptus esses non jaceres hic; quapropter cave.

C. *De Imperativo modo.*

1. Imperativus modus nisi ad praesens tempus extenditur, tresque tantum personas habet, scilicet secundas utriusque numeri, et primam pluralis; e. g.

Fa bene, da-mi ella penna!	Sis bonus, des mihi illum calamum.
Pergiti in gradina, et me espectati pino à sesse!	Ite in hortum, et expectate me usque sextam horam.
Du-te in campu!	Vade rus!
Incepimu cu toti' li!	Incipiamus omnes simul!
Segnati elle locori!	Signate illa loca!
Auditi filii mei!	Audite mei filii.

a) Dum aliquid prohibetur, negatiove *nu* Imperativo praefigitur, tunc in secunda persona singularis numeri, loco Imperativi ponitur Infinitivus; quae constructio elliptica est, e. g. *Nu facere que nu ti place*, hoc est: *nu debi facere que nu ti place*, noli facere quod tibi non placet; *nu dicere de neme reu*, neminem calumniare; *nu cantare quà unu bebitu*, non canta tanquam ebrius; *nu mai mentire*, noli amplius mentiri.

b) Ad tertiam personam utriusque numeri exprimendam adhibetur Coniunctivus modus; e. g.

Peria misellu'lu!	Pereat nequam!
Audia pagani' li et so se rossinedia!	Audiant gentes et erubescant!

2. Ad modum mandativum exprimendum adhibetur Coniunctivus elliptice, e. g. *So cogiti à verbe' le melle de quante ori vei vedere aquesta-à*, hoc est: *Se cade* vel *se convene so cogiti à verbe'le melle de quante ori vei vedere aquesta-à*, cogitato ad mea verba quoties hoc videbis; alia;

So nu taceti addeveru' lu inante 'la nemenui.	Nolite tacere veritatem coram nemine.
Marcu so remania a casa et voi so pergiti in selva.	Marcus maneat domi et vos eatis in silvam.
Desatullu abemu repausatu, so incepimu a lucrare.	Satis quievimus, incipiamus laborem.
So leuamu a mente!	Attendamus!
Dominu' lui so ne rogamu!	Dominum oremus!

D. *De Infinitivo modo.*

Infinitivus modus ponitur solum modo post Verba in aliquo modo finito occurrentia, a quibus dependet.

I. Absolute ponitur Infinitivus modus post Verba: *potere* posse, *scirè* scire, *volere* velle, *abere* habere, *contrediare, ausare* audere, *debere* debere, *solere* solere, *licere* licere, e. g.

Nu potemu respondere à ana interrogatione asì curiosa.	Non possumus respondere ad quaestionem tam singularem.
Scie legere, scribere et calculare, et mai multu nu queriu de à densu.	Scit legere, scribere et calculare, et amplius non praetendo ab eo.
Voleti remanere adi cu noi à prandiu?	Vultisne nobiscum hodie ad prandium manere?
Nu contredia dicere una verba inante' la patre seu.	Non audet verbum dicere coram patre suo.
Debeti computare bene unu lucru inante de ponere mana 'la à ellu.	Debetis rem bene perpendere antequam aggredimini eam.
Soleba dice Seneca, quo e mai bene de facere aleque reu, quà de nu facere nemica.	Solebat dicere Seneca, melius esse aliquid male facere, quam nihil agere.
Nu lice vectimare legi'le.	Non licet leges violare.
Abiu facere queva do nu me abe dolere mana'la.	Aliquid agerem, si mihi manus non doleret.
Voliu venire mane au poimane.	Veniam cras aut postcras.

In his duobus ultimis exemplis, uti videri potest, Verba *abere* et *volere* sunt auxiliaria.

II. Infinitivus modus cum Praepositione *a* ponitur post Verba exprimentia: nisum, directionem, appropinquationem, motum ad locum aliquem, inchoationem, exercitationem, perceptionem, facultatem, dexteritatem aut ingenium, e. g.

Invetia a scribere.	Discit scribere.
Se adopera a dicere aleque raru.	Nititur aliquid singulare dicere.
Se deprende a se luctare.	Exercetur luctari.
Nu ni batimu capu' lu a jacare.	Non cogitamus ad lusum.
Se convene a facere que commanda legi' le.	Oportet facere ea, quae leges imperant.

Se appropia a ni sponere aleque nouu.	Adpropinquat, ut nobis quidpiam novi dicat.
A nu facere nemica e facile, a lucrare e difficile, et a facere queva bene e forte diffile, pru aquella-à e plenu mundu lu de otiosi, raru seminatu cu industriosi, et mai de totu priuatu de vertuosi.	Nihil agere est facile, aliquid agere est difficile, et bene agere est valde difficile, quapropter mundus plenus est otiosis, parce satus industriis, e quasi ex integro privatus virtuosis (virtute praeditis).

III. Infinitivus cum Praepositione *de* occurrit post Verba rogandi, desiderandi, sperandi, timendi, permittendi, promittendi, suadendi, cessandi, admirandi, gaudendi, affirmandi; ita etiam post Substantiva tempus, occasionem, causam, finem et necessitatem indicantia; e. g.

Ve rogu de passare este die cu noi.	Rogo vos, hos dies nobiscum transigere velle.
Speramu de fire mane de bona ora pre calle.	Speramus nos cras mature in via fore.
Tememu de nu lu offendere cu verbe'le nostre.	Timemus illum offendere nostris sermonibus.
Vi conseliu de remanere inquo vel-doue septimani aici.	Suadeo vobis adhuc aliquas hebdomades hic manere.
Incesse de plouare et incepe a ningere.	Cessat pluere et incipit ningere.
Me miru forte de nu audire nemica de densu.	Miror valde nihil me audire de ipso.
Me gaudiu forte de ve vedere in bona sanitate.	Gaudeo summopere vos in bona salute videre.
Nu e tempu de amblare nemica.	Non est tempus nugis semet occupandi.
Nu abe causa de se plangere.	Non habet causam querendi.

Notandum, has phrases plerasque resolvi posse per Indicativum cum Coniunctione *qao* quod, quod praecipue in vita communi fit; uti: *me miru forte quo nu audiu nemica de densu*; alias vero per Coniunctivum cum Coniunctione *so*; uti: *me rogu so nu la leuati in nome de reu*, rogo nolite id in malum vertere.

IV. Infinitivus modus cum Praepositione *pru* ponitur ad indicandam causam aut finem, propter quem aliquid fit, e. g.

Pru scire gubernare altri'li se convene so invetiamu a ne gubernere pre noi ensine.	Ut alios gubernare sciamus, oportet discere nosmet ipsos gubernare.
Pru adjungere à ellu scopu debemu applecare tota diligentia'la.	Ut ad eum scopum perveniamus, omnem diligentiam adhibere debemus.
Pru percepere lingua'la romanesca nu se quere multa industria, vero pru la scire deplenu, mi pare quo nu e lucru asì facile.	Ad intelligendam linguam romanam haud magnum requiritur studium, verum ad eam perfecte sciendam, non videtur res facilis.

1. Hae pariter phrases per Coniunctivum cum Coniunctione *quaso* resolvi possunt; uti: *Studemu tota viuetia'la nostra quaso connoscimu natura'la.* Studemus tota nostra vità cognoscendae naturae.

2. In vita communi saepenumero Praepositio composita *supre a* (contracte *spre a*) loco *pru* ponitur; e. g. *e necessariu a investiare multu supre a percepere aleque d' in aquesta scientia*, necesse est multum studere ad aliquid intelligendum ex hac scientia.

V. Infinitivus cum Praepositione *sine* occurrit, quotiescunque actio quaedam declaratur sola et absque alia eam, quodammodo necessario, comitanti fieri; e. g.

Se dusse sine mi dicere una verba.	Abivit, quin mihi verbum diceret.
Passaro in Germania sine dare nede scire parenti'loru sei.	Transivit in Germaniam, quin notum redderet parentibus.
Mancamu, bebimu, ne letamu', ne intristamu, ridimu, plangimu, calcamu legi'le, ne penitemu, in finitu morimu, et pergimu in paradisu quà stulti sine scire quomu et pru que.	Edimus, bibimus, laetamur, contristamur, ridemus, flemus, transgredimur leges, poenitemus, in fine morimur, et imus in paradisum ut stulti, haud scientes, quomodo et quare.

Hae sententiae resolvi possunt per Gerundium adjuncta negatione *nu* aut *ne* non, uti: *Se dusse ne dicendu-mi una verba; Passaro in Germania ne dandu de scire parenti'loru; intramu in paradisu ne sciendu quomu.*

E. *De Gerundio.*

Gerundium ponitur quotiescunque Particulae: *quandu* quando, *quomu* dum, *pruquo* quoniam, *dupo que* postquam, subaudiuntur, e. g.

Sciendu quo traiece prin ciuitate'la nostrà li persimu inante.	Scientes eum per nostram urbem transire, ivimus illi obviam.
Adducendu-si a mente de noi et de miseria'la nostra incepû a versare lacrimi.	Recordans nostrum, nostraeque miseriae lacrimas fundere coepit.
Luciu audindu quo morî Cornelia se intristâ fora mesura.	Lucius audiens Corneliam mortuam esse contristatus est extra modum.
Potendu connoscere quo nu e aqaestà-à volia' là mea nu se cadû so se duca aquollò.	Quum potuisset noscere non esse hanc meam voluntatem, non debuit illuc ire.

Quum plura Nomina in eadem phrasi occurrunt, notari oportet, Gerundium ad Subiectum referri; e. g. *Egu lu vedui pergendu in teatru*, hoc ita intelligendum: *Egu lu vedui quandu pergebam in teatru*, non autem: *quandu ellu pergeba in teatru;* sed hoc in casu, ad ambiguitatem evitandam, consultius est, sententiam per Particulas resolvere.

F. *De Supino.*

Supinum saepenumero loco Infinitivi aut Substantivorum motum significantium, cum Praepositione *à* vel *de* ponitur.

Manicamu à venatu.	Summo mane imus venatum.
Ne ducimu à collessu.	Pergimus ad vindemias.
Venimu de à secilatu.	Venimus a messe.

Ast, prouti per se patet, haec Supina sunt vera Substantiva, quemadmodum etiam Infinitivi, qui adhuc Articulum postulant; e. g. *Venî in scire'la mea*, loco: *venî in scientia'la mea*, venit ad meam notitiam; *Se maritâ cu scire'la parenti'loru*, nupsit conniventibus parentibus. *Lucrare'la bona produce nome bonu*, bona actio producit bonum nomen.

G. *De Participio*

1. Participium praesentis temporis est verum Adiectivum, et concordat qua tale cum Substantivis in genere, numero et casu, e. g. *aqua fervente* aqua fervens, *omu sapiente* homo sapiens, *pane eccellente* panis excellens, *omini sapienti* homines sapientes, *pani eccellenti* panes excellentes.

2. Participium praeteriti temporis praecipue adhibetur ad Conjugationem periphrasticam efficiendam cum Verbo auxiliari *abere*, hoc in casu immotum manet, e. g.

Consiliariu abe intratu in ciuitate cu tota familia' la sea.	Consiliarius intravit urbem cum tota sua familia.
Anna abe essitu à campu cu socie' le selle.	Anna exivit ad campum cum suis sociabus.
Le abemu interrogatu quandu volu venire in teatru.	Interrogavimus eas, quandonam venient in theatrum.

3. Verbo vero auxiliari *su* sum, coniunctum, passivam generans significationem, semper cum Nominativo convenit, e. g.

Elli su batuti da Dominedeu.	Illi sunt a Deo puniti.
E laudatu de toti quelli qui lu connoscu.	Laudatur ab omnibus, qui illum noscunt.
De aquesti-à e laudatu de aquelli-à culpatu.	Laudatur ab his, culpatur ab illis.

4. Ut Adiectivum etiam adhibetur concordans cum Nominibus, e. g.

Carne fricta et cauleclu fertu li dede de mancare.	Carnem assam et caules coctos dedit illi ad comedendum.
Pane' la mancata e facile oblitata.	Panis consumtus facile oblioni traditur.

I.

De Verbis activis.

1. Verba activa post se Accusativum obiecti, in quod actio fit, postulant, e. g.

Mançamu pane et bebimu vinu.	Edimus panem et bibimus aquam.
Numera argentu' lu.	Numerat pecuniam.
Pasce oui' le, adaqua boui' li, et insella caballi' li.	Pasce oves, pota boves, et impone sellam equis.

2. Multa Verba activa duos postulant Accusativos, unum personae, alterum rei, e. g.

Valeriu ne invetia lingua 'la francesca.	Valerius docet nos linguam francicam.
Senatori 'li lu elessero judice.	Senatores crearunt eum judicem.
Lu fecero popa.	Nominarunt eum sacerdotem.
Te nominaro misellu.	Nominarunt te inceptum.

Me clama Antoniu.	Vocant me Antonium.
Me ponu directoriu.	Creant me directorem.

3. Verba dandi, adferendi, dicendi, tribuendi, postulant Dativum personae penes Accusativum rei, e. g.

Da-mi denarii'li.	Da mihi denarios.
Scribiti-li una carte.	Scribite ei epistolam.
Addu-mi una vergella.	Fer mihi virgulam.
Sponiti-ni aquesta istoria.	Narrate nobis hanc historiam.

II.

De Verbis passivis.

Passivum genus duplici modo exprimitur, aut nimirum:

1. per Participium praeteriti temporis auxiliante Verbo *su* sum, quo in casu tempora ab eodem auxiliari, et genus personae a Participio Verbi passionem exprimentis, dependent, e. g.

Nu e mai onoratu servu'lu quà dominu' lu.	Non magis honoratur servus quam dominus.
Servi' li sei furo mai batuti quà nutriti.	Servi sui magis fuerunt verberati quam nutriti.
Nu sumu asì de persecutati quantu so nu aflamu unu amicu.	Non adeo persequuntur nos ,ut nullum inveniamus amicum.
Filie' le lui Constantiu su diffamate de toti quelli qui le connoscu.	Filiae Constantii vituperantur ab omnibus illis, qui eas noverunt.
Negotiu' lu seu nu e cautatu de neme.	Merces suae a nemine quaeruntur.
Vediu quo seti connoscuti de toti cani' li in estu satu.	Video, quod ab omnibus canibus huius pagi noscamini.
Dominica' la su totu de una clamatu à prandiu.	Omni die dominico vocor ad prandium.

2. Aut formâ reciproca, e. g.

Me laudu et me diffamu mai de uni' li mai de altri' li.	Laudor et vituperor jam ab his jam ab aliis.
Nu se aude nemica de ellu, neci de bene neci de reu.	Nihil auditur de illo, sive boni sive mali.

Que se mai dice in ciuitate?	Quid dicitur adhuc in urbe?
Quandu se incepu lectioni' le in Academia?	Quando inchoant praelectiones in Academia?
Nu se afla neci unu locu fora fundamentu in esta opera.	Nullus locus absque fundamento datur in hoc opere.
Nu se pote missicare de pre scamnu.	Non potest moveri de scamno.

Hinc patet prima forma tunc praecipue usurpari, quando possio clarius exprimitur, et etiam Subiectum plerumque cum Praepositione *de* apperte occurrit, secunda vero, ubi haec notio vagior est, et nisi generaliter aliquid fieri indicatur; caeterum haec multo frequentior est, praeprimis in quotidiano sermone, quae tamen, ubi ambiguitas enasci posset, suadente prudentia, evitanda est, e. g. *In tote die' le su clamatu a prandiu*, omni die vocor ad prandium; hoc enunciatum vitiose efferretur reciproce: *In tote die' le me clamu à prandiu*, nam tantundem significàret: Ego obstantibus invitatoribus ad prandium me offero: quapropter tali in casu aut prima forma passiva adhibenda, aut sententia in activum vertenda; ita, e. g. *In tote die' le me clama à prandiu*, omnibus diebus vocant me ad prandium, scilicet *ómini* homines; quae forma tam in scriptura, quam in loquela magno est in usu, quotiescunque Subiectum non determinatur, e. g.

Quomu te clama? Titu.	Quomodo te vocant? Titum.
Que te abu facutu? Popa.	Quid te crearunt? Sacerdotem.
Lu abu elessu judice.	Elegerunt eum judicem.
Lu abu publicatu esta iberna.	Publicarunt eum horna hieme.

Quae omnes phrases etiam passive, eodem sensu, efferi possunt, non ita autem reciproce.

II.

De Verbis reciprocis.

a) *Accusativi casus.*

Verba reciproca Accusativum casum Pronominum personalium penes se habentia aut

1) Actionem ad se reflectunt, et sunt forma et significatione proprie talia, e. g.

Me lau cu aqua calda.	Me lavo aquâ calida.
Me scaldu in aqua limpida.	Me balneo in aqua limpida.
Ne collicamu à dece ore et ne scollamu à sesse.	Decumbimus decima hora et surgimus sexta.
Me pectinu et me ungu.	Pectino et ungo me.

Se inclina lui Domineden.	Devovet se Deo.
Popillu' lu se asconde in erba.	Puer abscondit se in herba.

2) Aut statum neutrum denotant, e. g.

Me ducu a casa.	Eo domum.
Me peramblu pre calle.	Ambulo in platea, vel via.
Se percepe in tote facte' le fia bone fia relle.	Gnarus est omnium actionum tam bonarum quam malarum.
Ne jocamu cu carti' le.	Ludimus chartifoliis.
Frate meu se ussora, soru tea se marita.	Frater meus uxorem ducit, soror tua nubit.

3) Aut sensum habent deponentium, e. g.

Me miru quo nu mai vene.	Miror, quod necdum veniat.
Me intuitu à celu.	Intueor coelum.
Se vagita forte.	Lamentatur valde.
Ne bucculamu quo ve vedemu.	Laetamur, quod vos videamus.
Ne intristamu quo lu perdimu.	Contristamur, quod eum perdamus.

4) Aut plane sensum activorum penes formam et Constructionem reciproco-passivam habent, e. g.

Me subiu pre scala.	Adscendo scalam.
Me rogu de libertare.	Rogo veniam.
Se roga lui Domineden.	Adorat, precatur Deum.
Ne lapidamu de dracu' lu.	Renunciamus diabolo.
Ve lassati de misellie.	Valedicitis nequitiis.

b) *Dativi casus.*

Verba reciproca Dativum casum Pronominum personalium penes se habentia indicant actionem a Subiecto in semet relatam; et occurrunt

1) Absolute, hoc est, absque alio Substantivo, e. g.

Mi imaginu quo e bebitu.	Imaginor eum ebrium esse.
Si oblita quo et ellu fù una data pauperu.	Obliviscitur se quoque pauperem quondam fuisse.
Nu ni potemu figurare quo e asì de misellu.	Non possumus nobis imaginari eum tam ineptum esse.

2) Cum Accusativo casu Obiecti, e. g.

Mi lauu mani' le.	Lavo mihi manus.

Mi taliu pelu' lu.	Scindo mihi capillos.
Ti poni capu' lu.	Periclitaris capite.
Si rade barba' la.	Radit sibi barbam.

3) Cum Accusativo casu Obiecti adiuncta Praepositione *de*, e. g.

Petru si oblita leuissime de amici'li sei.	Petrus obliviscitur levissime suorum amicorum.
Ni addicimu a mente de densi de quante ori traiecimu prin locu' lu unde ne dispartîmu uni' li de altri' li.	Recordamur eorum quotiescunque transimus per eum locum, ubi nos ab invicem separati fuimus.
Misellu' lu si bate jocu de matre sea.	Nequam illudit matri suae.
Mi impliu ocli' li de pulvere.	Impleo mihi oculos pulveribus.

IV.

De Verbis impersonalibus.

1) Verba impersonalia absolute occurrere solita sunt praecipue naturae phaenomena exprimentia, e. g.

Tona, fulgera et ploua.	Tonat, fulgurat et pluit.
Ninse tota nocte' la.	Ninxit totam noctem.

2. Impersonalia reciproca neutraliter, hoc est absque ulteriori ad personas relatione expressa, tantummodo cum Accusativo casu tertiae Pronominum personae occurrunt, e. g.

Se intenebrica, blamu a casa!	Tenebrescit eamus domum!
Se lumina ero, scollati-ve!	Illucescit iterum, surgite!

Nota 1. Reciproca impersonalia naturae phaenomena significantia saepenumero Nominativum rei, de qua praedicantur penes se habent, e. g. *Se face dia* lucescit, *se face nocte* vesperascit, *se disgliacia lacu' lu* solvitur glacies in lacu, *se recesce fertura' la* frigescit cibus.

2. Reciproca impersonalia eventum quendam in quotidiana vita communem significantia poscunt Coniunctionem *quo* post se, e. g.

Se vede quo nu te percepe.	Videtur, quod te non intellegat.
Se dice quo se abu ussoratu amendoui.	Dicitur eos ambos uxores duxisse.
Se pote quo e addeveratu.	Potest verum esse.

3. Reciproca impersonalia officium exprimentia poscunt Coniunctionem *so* ut, post se, e. g.

Se cade so facimu que commanda legi' le.	Oportet, ut faciamus, ea, quae jubent leges.

Se convene so ausculte filii 'li de parenti.	Convenit, ut obediant filii parentibus.

3) Verba impersonalia ad Accusativi casus personas reciproca, vel potius ad Pronominum personalium Accusativum casum relata, plerumque Nominativum obiecti poscunt, e. g.

Me manca pelle' la.	Prurit mihi pellis.
Lu dole capu' lu.	Dolet illi caput.
Me stringe corella' la.	Stringit me corium (lorum).
La rode petiolicu' lu.	Fricat eam tibiale.

4. Verba impersonalia ad Dativi personas reciproca, vel potius ad Pronominum personalium Dativum relata,

a) aut absolute occurrunt, e. g.

Nu mi pesa de tene neci quantu e negru suptu ungla.	Nequidem flocci te pendeo.
Nu li place à noi.	Non placet illi apud nos.

b) aut cum Nominativo Obiecti junguntur, e. g.

Li cresce anima' la vedendu-te.	Crescit ei cor prae laetia videnti te.
Mi vene in mente unu lucru de totu estaordinariu.	Incidit mihi in mentem res omnino extraordinaria.

Nota. Hic praecipue notari merentur reciproca ex Verbo *su* sum, nata, cum Substantivis, quorum existentia nunciatur, occurrentia; e. g. *Mi e caldu* caleo, *mi e frigu* frigesco, *ti e bene,* bene vales, *li e rau* male valet, *ni e sete* sitimus, *vi e fame* esuritis, *le e grauetia* nauseant.

5) Verba impersonalia reciproca Accusativi casus, Dativum personarum poscentia, respectu Constructionis nihil a reliquis differunt, e. g.

Ti se cade so invetii.	Oportet te discere.
Mi se dice quo e inquo in Roma.	Dicitur mihi adhuc Romae esse.
Nu mai mancare, quo pote quo ti se pleca.	Non comedas amplius, nam fieri potest, ut nausees.
Da-li quantu li se convene.	Da illi quantum ei convenit.

SYNTAXIS ADVERBIORUM.

1. Adverbia ad Verborum sensum, penes quae stant, propius determinandum adhibentur; locus autem eorum a vi expressionis de-

pendet, in communi tamen sermone proximus post Verba eis assignatur, e. g.

Veno mane à mene	Veni cras ad me.
Spone-mi currendu que ti abe dissu!	Dic mihi cito, quid ille tibi dixit.
Scribe formosu et lege subite.	Scribit pulchre et legit celeriter.

Observa, quaeso, ea, in quibus Adverbia emphasim habent:

Bene abi facutu, amice!	Bene fecisti, amice!
Reu te porti, filiu meu!	Male te geris, mi fili!
Aici so ti dupo prandiu.	Hic esto post prandium!

2) In sententiis interrogativis postulant Adverbia responsionem appertam et determinatam, quae illis necessario in responsivis reddenda est; e. g.

Quandu pleci à Sabiniu?	Quando moves Cibinium?
Mane, poimane.	Cras, postcras.
Unde sedi tota dia' la?	Ubi moraris totum diem?
In gradina, in vinaria.	In horto, in popina.
Quantu abi capitatu pre granu?	Quantumne accepisti pro tritico?
Quinqui galbini.	Quinque aureos.

Nota 1. Interrogatio simplex (absque Adverbio), postulat in responsione repetitionem Verbi absolutam, si responsum affirmativum est, et cum negatione *nu*, si hoc negativum est, e. g.

Scii romanesce? sciu!	Scisne romane? scio!
Poti venire cu mene? potiu!	Potesne mecum venire? possum!
Facebii que ti dissei? facebiu!	Faciesne quid tibi dixi? faciam!

2) In Constructione periphrastica petit interrogatio tantum Verbum principale (non auxiliare) in Participio vel Infinitivo modo pro temporis ratione, e. g.

Mancatu abi adi? mancatu!	Comedistine hodie? comedi!
Mancare abi carne? mancare!	Comederesne carnem? comederem!
Dissu le abu so vinia? dissu!	Dixeruntne illis, ut veniant? dixerunt!
Dicere le volu so vinia? dicere!	Dicentne illis, ut veniant? dicent!

3. In Constructione duobus Verbis constante quorum alterum in Infinitivo modo reperitur, petit interrogatio tantum Verbum in modo finito occurrens, e. g.

Sciti scribere et legere? scimu!	Scitisne scribere et legere? scimus!
Poteti-mi da trei pondi de sale? potemu!	Potestisne dare nobis salis pondo tria? possumus!

4) Interrogatio sciscitans, utrum aliquid revera existat vel non existat, petit

a) repetitionem absolutam Verbi substantivi *e* in tertia persona, in qua hoc sensu quasi semper occurrit, si responsione affirmatur, e. g.

A casa e Marcu? e!	Estne domi Marcus? est!
E desatullu? e!	Sufficitne? sufficit!

b) cum Negatione *nu* junctam repetitionem, si res in responsione negatur, e. g.

Nu e a casa Marcu? nu e!	Non est domi Marcus? non est!
Nu e desatullu? nu e!	Non est satis? non est!

c) aut solam Negationem *nu*, si interrogatio pariter negativa fuerit, aut duplicatam Negationem *ba nu*, si interrogatio affirmativa fuerit, et responsio contraria fieri oporteat, e. g.

Nu e a casa Marcu? nu!	Non est domi Marcus? non!
E a casa Marcu? ba nu!	Estne domi Marcus? nequaquam!

Haec obscurior perspectio habitudinis Verbi substantivi *e* (in tertia persona, uti jam diximus), et emphatica eius pronunciatio hoc in casu, ubi solum occurrit, et absoluta suppressio, ubi negatio *nu* locum habet, incautos eo duxit, ut hoc Verbum Particulam affirmativam latinae *ita* respondentem esse autumarent, quod omnino falsum est.

5. Interrogatio rem ipsam sciscitans, petit repetitionem rei, non eius status (Verbo expressi,) in responsione, e. g.

Marcu ti dede folie'le? Marcu!	Marcusne dedit tibi folia? Marcus!
A casa e patre teu? a casa.	Domine est pater tuus? domi.

Quapropter hoc in casu Adverbia comitantia Verba repeti debent in responsione, non vero Verba, e. g.

Asì se dice esta-ù romanesce? asì.	Sicne dicitur hoc romane? Sic.
Bene se portâro filii mei in assentia 'la mea? bene.	Benene se gerunt filii mei abstente me? bene.
Aici invetiâ ellu Matematica' la? aici.	Hicne didicit ille Mathesim? Hic.

3). Negationes: *nemica* nihil, *neme* nemo, *neci unu, nullu* nullus, *neci* neque, *necalibe* nullibi, *neci una data, nunqua* nunquam, *neci de quamu* nullo modo, in sententiis cum Verbis occurrentes ad negationem perfectam efficiendam Verbis Particulam negativam *nu* praefigi desiderant, e. g.

Nu scie nemica.	Nihil scit.
Neci una data nu lu abiu vestu.	Nunquam vidi eum.
Nu me connosce neme.	Nemo me noscit.
Nu intellege neci romanesce neci spanesce.	Nec romanice nec hispanice intelligit.

4) Praepositiones absque Nominum casibus occurrentes Adverbiorum sensum admittunt, e. g.

Egu pergebam inante, et ellu veniba d'inderetru.	Ego anteibam, et ille sequebatur.
D'inquace e calle'la mai batuta quà d'inquollò.	Citra est via magis trita, quam ultrà.

5) Substantiva cum Pronominibus demonstrativis occurrentia: *estu annu* hoc anno, *esta iberna* hac hieme, *esta primavera* hoc vere, *esta vera* hac aestate, *esta autamna* hoc autumno, *esta luna* hoc mense, *esta septimana* hac septimana, *esta nocte* hac nocte, *esta sera* hac vespera, *esta demanetia* hoc matutino, *esta dia* vel *adi* hodie, *ante mediadia* ante meridiem, *dupo mediadia* post meridiem, *ante medianocte* ante mediam noctem, *dupo medianocte* post mediam noctem etc. (pag. 210), omnino adverbialiter in Constructione usurpantur, e. g.

Estu annu abemu abutu forte paucinu vinu.	Hoc anno valde parum vini habuimus.
Esta iberna nu mai incessa a ningere.	Hac hieme non cessat amplius ningere.
Esta vera se mariţâ Liuia.	Hac estate nupsit Livia.
Esta luna nu potiu venire à voi, vero in quella venitoria me poteti espectare securu.	Hoc mense non possum ad vos venire, verum futuro me secure exspectare potestis.
Esta nocte abemu mai inglaciatu de frigu.	Hac nocte ferme frigore gelavimus.
Ante mediadia abiu de scrissu, pru que me rogu so nu me incommodati, vero de abeti tempu, facili bene et veniti dupo mediadia.	Ante meridiem ad scribendum habeo, quare vos rogo, nolitis me incommodare, ast si tempus habetis, praestate mihi officium post meridiem veniendi.

SYNTAXIS CONIUNCTIONUM.

Coniunctiones adsertis aut homogeneis aut heterogeneis connectendis inserviunt; qua in operatione sequentes leges praescribunt:

1) Copulativae: *et* et, *neci* nec; et disiunctivae: *au* aut, *seu* seu; *au-au* aut-aut, *seu-seu* seu-seu, *neci-neci* neve-neve, poscunt

α) in Nominibus eosdem casus, e. g.

Plante' le et animali' le se'nascu, viuu et moru.	Plantae et animalia nascuntur, vivunt et moriuntur.
In cogite, in rerbe et in facte se facu tote peccate' le.	Cogitationibus, verbis et operibus fiunt omnia peccata.
Da oui' laru et capre' laru de maucatu et de bebutu.	Da ovibus et capris ad edendum et potandum.
Ocli' li dominu' lui et elli servu 'lui nu vedu assemile.	Oculi domini et servi non vident aequaliter.
Facte' le parenti' loru et elle filii 'loru nu consona totu de una.	Opera parentum et filiorem non concordant semper.
Au Petru au Marcu me abe insellatu, unu'lu d'in doui de certu.	Aut Petrus aut Marcus imposuit mihi, unus ex duobus certe.
Neci nobe neci vobe place mentiona'la.	Nec nobis nec vobis placet mendacium.

β) in Verbis eadem tempora, e. g.

Luciu lege et scribe, Titu plange et suspira.	Lucius legit et scribit, Titus plorat et suspirat.
Cesare venì, vedù et vinse.	Caesar venit, vidit et vicit.
Neci nu viue neci nu more, vero se lucta cu viuelia'la et cu morte'la.	Nec vivit nec moritur, sed luctatur cum vita et cum morte.
Di-li so perga à doctoriu et so li spunia quò su morbosu.	Dic illi, ut eat ad Medicum et dicat, quod sim morbosus (aeger).
Constante furà caballu'lu et lu vendù.	Constans furatus est equum et vendidit eum.
Au lucra au te du à dracu'lu.	Aut labora aut abi in malam rem.
Abe venitu et me abe rogatu so li impromuti dece denarii.	Venit et rogavit me, velim illi decem denarios mutuos dare.
Vomu venire et ve vomu rogare so facili bene so ne adjutati, quandu ni va fire necessariu.	Veniemus et vos rogabimus, ut nobis beneficium praestetis adiuvandi, quando necesse nobis erit.

2) Conditionales, causales, concessivae, conclusivae, adversativae, duas aut plures coniungunt sententias ab invicem dependen-

tes, quapropter ad sententiarum Syntaxim referuntur, et hic tantummodo praeliminarie proferri possunt. En quaedam exempla:

Do nu ti place, nu lu leuare.	Si tibi non placet, non eme illud.
Do mi sposesse que abiu de facere, nu perdussem tempu'lu.	Si mihi dixisset, quid faciendum habeo, non perdidissem tempus.
Pote quo inquo nu e a casa.	Possibile est, quod adhuc non sit domi.
Nu e in ciuitate, quo do firè lu abussimu vedutu veluna data.	Non est in urbe, quia si esset, jam vel semel illum vidissemus.
Bene quo e invetiatu, tolu nu scie tote.	Quanquam doctus sit, tamen non scit omnia.
Do quomu lu vedi, clama-lu à noi.	Si quo modo illum vides, voca eum ad nos.
Nu me clama à judeciu, ergo nu abe directu.	Non vocat me in judicium, ergo non habet rectum.

3) Inter omnes Coniunctiones solummodo *so* ut, Coniunctivum modum petit; occurrit autem etiam cum *quà* aut *pru quà* coniuncta; e. g.

Se roga so lu adjutamu.	Rogat, ut eum adiuvemus.
Quà so pota mai multu stricare quelloru altri, sufferî densu quelle mai mari dolori.	Ut aliis magis nocere possit, ipse maximos pertulit dolores.
Que fece so nu mai faca, quo nu la va finire bene.	Quod fecit, nec faciat amplius, nam non finiet bene.

4) Conditionales *si, do* si, *si nu, do nu* nisi, *do quo* dummodo, quum conditionem possibilem tantum, aut aliqua ratione incertam exprimunt, petunt imperfectum Coniunctivi modi, quando eventum praesentem, et plusquam perfectum eiusdem modi, quando eventum praeteritum annuunt; e. g.

Do abi fire omu de ominia te abi tenere de verba.	Si homo esset honestus, verbis stares.
Do scirè quo su morbosu venirè quà mai currendu.	Si sciret me aegrum esse, veniret quo ocius.
Do abeti fire fostu in Vienna abeti fire invetiatu a connoscere lume'la.	Si Viennae fuissetis, mundum noscere didicissetis.

Do lucrasse in juuenetie nu morisse de fame in veteranetie.	Si in juventute laborasset non periisset fame in senectute.

Nota 1. Quotiescunque autem conditio ut certa exprimitur, occurrunt hae Coniunctiones cum praesente tempore Indicativi modi; e. g. *do ti e sete, bebe*, si sitis bibe.

2. Coniunctio *quo* quod, quocunque sensu adhibeatur, semper cum Indicativo modo ponitur; e. g. *Egu sciu ja de multu quo Marcu e misellu*, Ego jam pridem scio, quod Marcus nequam sit.

SYNTAXIS INTERIECTIONUM.

1. Interiectiones licet partes orationis sint simplicissimae, tamen vi sua integras formant sententias, suntque inter Particulas id, quod Vocativus in Nominibus et Imperativus in Verbis, cum quibus etiam frequentissime occurrunt, e. g.

O filii mei, leuati bene a mente à quelle que vi dicu!	O filii mei, attendite bene ad ea, quae vobis dico!
Hou, mai inante nu se perge!	Consiste, ulterius non ititur!
Hi, plecamu!	Eia, moveamus!
Multi anni!	Vive multos annos!
Deu, nu ti crediu!	Per Deum, non credo tibi!
Nicola audindu aquesta-à disclusse gula'la quantu potù, et intense unu hà! hà! hà!	Nicolaus hoc audiens aperuit eos quantum potuit, et erupit in ha! ha! ha!

2) Interiectiones: *vai* vae, *bene* bene *reu* male, *felice* felix, *misellu* miser, poscunt Praepositionem *de* post se sequentibus Nominibus vel Pronominibus; e. g.

Vai de noi peccatosi'li!	Vae nobis peccatoribus!
Misellu de mene, nu mai potiu facere unu passu!	Miserum me, nec passum amplius facere possum!
Campu' lu scientia'lei e angustu, vero ellu credentia' lei e largu, quali nu su contenti in aquellu-à se potu auerruncare in aqueslu-à, aici potu fire feliciti, vero, vai de felicitate 'la loru!	Campus scientiae est angustis limitibus circumscriptus, verum fidei est largissimus, qui illo non sunt contenti, possunt se proiicere in hunc, hic possunt esse felices, verum vae felicitati illorum!

SECTIO SECUNDA.

SYNTAXIS SENTENTIARUM.

Singulae orationis partes mutuo inter se connectuntur aut ad conceptus compositos efficiendos aut ad judicia simplicia exprimenda, quod ope Constructionis dictionum grammaticae fieri hucusque docuimus. Tum conceptus compositi, tum judicia simplicia ulteriori coniunctioni seu connexioni idonea sunt, quod ope Constructionis enunciatorum mutuam copulationem poscentium perfici solet, de quo nunc nobis agendum erit.

I. Enunciata simplicia, seu sic dictae Sententiae, inter se coniunctae, aut ad eandem rem pertinent aut ad diversam. Priori in casu junguntur enunciata partim circumscriptione plurium mutuae copulationi efficiendae idonearum partium constitutivarum, partim connexione plurium sententiarum completarum ad se invicem relatarum.

Brevitas et concinnitas expressionis postulant, ut in id genus connexionibus partes integrantes pluribus sententiis communes non repetantur, e. g.

Valeriu scrisse istoria'la Spaniloru, Marcu ella Romani 'loru.	Valerius scripsit historiam Hispanorum, Marcus Romanorum.
Noi mancamu carne, voi casiu, vicini'li nostri pome.	Nos manducamus carnem, vos caseum, vicini nostri poma.
Frati mei invetia Matematica elli tei Medicina.	Fratres mei discunt Mathesim tui Medicinam.
Mibe mi place, tibe nu.	Mihi placet, tibi non.

II. Sententiae ad rem diversam pertinentes, inter se junctae, abeunt in *primarias* et *secundarias*; illae suapte judicium integrum exprimunt, hae vero partem aliquam constitutivam primariarum sententiarum circumscribunt, et ope Constructionis cum illis junguntur, aut earum membra separant, Constructionemque respuunt, et dicuntur *incisae*, e. g.

Credentia'la, qua credentia, nu se pote rediquare à scientia.	Fides, ut fides, non potest in scientiam elevari.

Omini'li directi, inquo et cu perdere'la capu'lui, nu se abbatu de à calle'la vertute' lei.	Viri justi etiam cum capitis periculo, non declinant a via virtutis.
Constanţiu, cadendu de pre caballu, si franse braciu' lu.	Constantius, decidendo ex equo, fregit sibi brachium.
Aureliu, de quante ori me vede, me interroga, que faciti.	Aurelius, quoties me videt, interrogat me, quid faciatis.

III. Plures sententiae primariae mutuo inter se junctae, vocantur *coordinatae;* aliae ab his dependentes aut ab horum praedicatis, dicuntur *subordinatae;* illae inter se construuntur, hae ab illis determinantur. En exempla:

Quelli intellecti ama veritate' la, quelli ambitiosi cauta onore 'la, quelli scelerati intorquu ordine'la in republica, et perdendu statu'lu peru ensisi.	Sapientes amant veritatem, ambitiosi quaerunt honorem, scelerati vertunt ordinem in republica, et perdendo statum pereunt ipsi.
Morte' la nu face neci bene aquelloru-à pre quali leua, neci reu aquelloru-à pre quali lassa, quà una facta qui pote fire sine stricare, et se pote desiderare sine adjutare.	Mors nec bene facit illis, quos rapit, nec male illis, quos vivere sinit, uti res, quae adesse potest, ita ut non noceat, et desiderari, ita ut non prosit.
Nu se scie que se dice in ciuitale, neci que se face in curte, neci que se conselia in secretu.	Nec scitur quid dicitur in civitate, nec quid agitur in aula, nec quid deliberatur in secreto.

IV. Relatio, in qua sententiae coniunctae, ad invicem referuntur indicatur

1) ope temporis. Sententiae primariae coniunctae retinent, nisi rei natura aliter poscat, eadem tempora; secundariae vero et subordinatae, tempus relativum sumunt; e. g.

Que sciu, sciu, et aquesta-à apperu, que nu sciu, nu pretendiu;	Quod scio, scio, et hoc defendo, quod non scio, non praetendo.
Traieceba pre calle, quandu essii d'in casa.	Transibat plateam, quando exivi domo.

Virtute'la abe una potère asì de mare, quantu et quelli rei in una specia, nu potu sufferire vitiu' lu in genere.	Virtus tantam vim habet, ut etiam mali in quadam specie non possint ferre vitium in genere.

2) Ope modi. Sententiae primariae et secundariae determinant sibi invicem modos; praecipue occurrunt primariae in Indicativo, secundariae vel maximopere in Coniunctivo; subordinatae contrâ semper in Coniunctivo occurrunt, quoniam harum complexus ut aliquid cogitatum, opinatum aut imaginatum proponi potest, e. g.

Do e una directate, se debe punire reu' lu.	Si justitia existit, debet puniri malus (homo).
Que so facu, Magestre, quà so abiu viuetia' la eterna?	Quid faciam, Magister, ut vitam aeternam habeam?
Do poterèru facere mani'le tolu que cogita mente'la, firè mundu'lu aquestu-à prè micu pru omu.	Si possent facere manus omnia, quae cogitat meus, foret hic mundus nimis exiguus pro homine.

3) Ope copularum, quae aut sunt Pronomina relativa, aut Coniunctiones, aut Adverbia, e. g.

Quellu qui nu connosce addeveru' lu nu se pote numerare intre enti'li intellegenti.	Ille qui non noscit veritatem, non potest numerari inter entia intelligentia.
Multi su clamati, vero paucini elessi.	Multi sunt vocati, verum pauci electi.
Pote quo scie mai multu, de quantu se vede in quelle que dice.	Possibile est, quod plus sciat, quam videtur ex illis, quae dicit.
Quelli qui pretendu quo materia 'la essiste, dice unu filosofu, su in scola'la quella mai d'in diosu, et facerèru bene de se initiare in musterie'le eleusine, quà so invetie a mancare pane'la et a bebere vinu'lu, et so vedia quo nu manca et nu bebu nemica.	Qui praetendunt materiam existere, dicit quidam philosophus, sunt in infima schola, et agerent bene, si se initiandos curarent in mysteriis eleusinis, ut discant manducare panem et bibere vinum, et videant se manducare et bibere nihilum.

V. Sententiae explicativae circumscribunt singulares partes constitutivas alicuius enunciati, e. g.

Quelle que nu scimu, potemu invetiare, et quelle que scimu, potemu altroru-à arrectare.	Ea, quae ignoramus, possumus discere, et ea quae scimus, possumus alios docere.
De multe ori dolu mai multu aurecli'le pre quellu qui ausculta de quantu gula 'la pre quellu qui verbesce.	Saepe magis affliguntur dolore aures auscultantis, quam os sermocinantis.
Graccu peccatu'lu seu, quale potusse ascondere, volù mai bene a confessare de quantu a ponere religione'la in discreditu in republica.	Gracchus peccatum suum, quod celare potuisset, confiteri maluit, quam haerere in republica religionem.
In tote tempori'le se aflaro mai paucini omini, quali si invinsero cupiditati'le loru, de quantu quali invinsero armete'le inimici'loru.	In omnibus saeculis pauciores viri inventi sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias vincerent.
E difficile a numerare quanti omini furo, quali nu numai in una facta separata lucraro, vero tote quante potúro, comprensero in quercitari'le scientia'lei.	Difficile est numerare quot viri fuerint, qui non una aliqua in re, separatim elaboraverint, sed omnia, quaecunque possint, scientiae pervestigatione comprehenderint.
Nu e neme pre quale egu anunci desiderarem a vedere, quà pre tene.	Nemo omnium est, quem ego nunc magis videre cuperem, quam te.
Natura'la nu abe nemica, que qwererè mai multu quà onestate'la.	Natura nihil habet, quod magis expetat, quam honestatem.
Nu e de credutu quo toti quelli qui sciu bene verbire, sciu inquo et bene scribere.	Non est credendum, quod omnes, qui norunt bene loqui, etiam bene scribere sciant.
E facta de miratu quo anima 'la se disceta prin miscatione 'la et agitatione'la corpu'lui.	Mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur.

Nu se cade a dubitare quo furo poèti inante de Omeru.	Non dubitari debet, quin ante Homerum poëtae fuerint.

VI. Sententiae causales subordinantur Sententiis primariis et occurrunt vel maxime in Coniunctivo modo, e. g.

Legi'laru pru aquella-à sumu sutoti servi, quà so potemu fire liberi.	Legibus idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possemus.
Romani'li de à aratru addussero pre Cincinnatu, qua so fia Dictatore.	Romani ab aratro abduxerunt Cincinnatum ut Dictator esset.
Su multi quali repescu de à altri quaso pota dare altroru-à.	Sunt multi, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur.
Fù cu calle quà omini' li so abia speclu, in quale so si pota vedere nu numai gula'la, vero unde so si pota radire et anima'la.	Non modo homines aequum fuit sibi habere speculum, ubi os contemplarent suum, sed qui perspicere possent cor.
Ne mena natura'la so adjutamu à quantu de multi potemu.	Impellimur natura, ut prodesse velimus, quam plurimis.
Fiendu singulitate'la et viuetia 'la fora amici plene de insidie et de frica, ratione'la ensasi conselia so cautamu amicetie.	Quum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare.
Se intempla, quo quelli mai multi filosofi nu dau invetiatura d' in eloquentia, bene quo su parati a verbire de fiaque facta.	Est, ut plerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi, et habeant paratum tamen quid de quaque re dicant.
Se roga so lu liberti, quo reu' lu que fece, nu lu fece d' in anima rea, vero d' in ignorantia.	Rogat veniam, nam malum quod, fecit, non ex malignitate cordis, sed ex ignorantia commisit.

VII. Sententiae temporales subiunguntur ope Adverbiorum Sententiae primariae eventum quendam ut punctum indicanti, ex quo alius eventus ut praeteritus, praesens vel futurus considerandus et cum illo in nexu cogitandus esset, e. g.

Fù unu tempu, quandu omini 'li lucraba campori'le et inquo nu abeba ciuitati.	Fuit tempus, quum rura colerent homines, neque urbes haberent.
Atunci quandu frati nostri era inquo in flore' la viuetia'lei, ornati cu scientia et cu valentia, nu se intemplâ nemenui una facta quà aquesta-à.	Tum, quum fratres nostri adhuc in flore aetatis essent, scientia et fortitudine ornati, nemini huius modi res commissa est.
Agri'li quandu repausaro mai multi anni producu fructe mai grasse.	Agri, quum multos annos quieverunt, uberiores efferre fructus solent.
Gratiosi fûmu noi ensini quandu tempori'le quereba.	Gratiosi fuimus ipsi, quum tempora postulabant.
Dupo que nu mi se scrisse nemica de venitu' lu teu, me temebam so nu se intemple asì quà mai inante de que venissei tu in provincia, égu so me ducu d' in provincia.	Postea quam nihil mihi de adventu tuo scriberetur, verebar ne id ita caderet, ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia discederem.
Quandu adjunserii in vertice'le monte'lui, especta-me, quo egu de bona summa nu voliu intardiuare a ti urmare passi'li.	Quum perveneris ad montis verticem, expecta me, nam ego absque dubio nullam patiar moram tuos passus sequendi.

VIII. Sententiae copulativae, id est, tales, quae ut cohaerentes, copulationi efficiendae aptae sunt, ordinantur aut ope Particulae copulativae *et* et, aut abque ulla Particula, praecipue cum singulae earum partes inter se ut notiones binae ab invicem inseparabiles se habent; e. g.

In mente'la omu'lui e una potere mirabile de cogitatione et de scientia, et de tote vertuti'le.	In mente hominis est mirabilis quaedam vis cogitationis et scientiae, virtutumque omnium.
Nu sumu nascuti numai pru noi in mundu, qui pru umanitate, pru patria, et pru amici.	Non nobis solum nati sumus in mundo, sed humanitati, patriae et amicis.
Se capita in tote scientie'le nesque veritati asì de pondero-	Dantur in omnibus scientiis quaedam veritates adeo magni ponderis,

se, quantu neme nu pote dubitare de fundamentu'lu laru, et quandu le volemu demostrare, inglaciamu de totu, et nu scimu que so mai facimu, vedendu quo totu que se poterè adducere supre addeverire'la laru, e cu multu mai oscuru de quantu dense' le.	ut nemo audeat dubitare de earum fundamento; et quum eas demonstrare volumus, omnino obstupemus, nec quid facere scimus, videndo, quod omnia, quae ad earum veritatem confirmandam, adferri possent, multo obscuriora, inferioraque sint.
Democritu perdendu lumina'la ocli' loru, nu poteba distingere quelle albe et quelle negre; vero poteba quelle bone, quelle relle; quelle directe, quelle strembe; quelle oneste, quelle orrite; quelle mari, quelle mici.	Democritus, luminibus amissis, alba et atra discernere non poterat; at vero bona, mala; aequa, iniqua; honesta, turpia; magna, parva poterat.

IX. Sententiae disiunctivae dicuntur illae, quae alternatim se tollunt, posita scilicet unâ negantur reliquae, e. g.

Au remani a casa, au veno cu noi.	Aut domi mane, aut nobiscum veni.
Nu sentu omini'li valorosi vulneri 'li in batalia; au do le sentu, queru mai bene a morire.	Non sentiunt viri fortes in acie vulnera; vel si sentiunt, se mori malunt.
Mariu promise, quo do lu volu facere consule, ellu va dare in scurtu tempu pre Jugurta au viuu au mortu in potestate'lu populu'lui romanu.	Marius promisit, si se consulem fecissent, brevi tempore aut vivum, aut mortum Jugurtham se in potestatem populi romani daturum.
De aquestu obiectu poti dicere que ti place au bene au reu, quo poti fire incredentiatu quo nu abebii refutatori.	De hoc obiecto dicere potes quid tibi placet, aut boni aut mali, nam certus esse potes te nullum habiturum refutatorem.
Calle' la à vertute e forte strincta, quantu et quellu qui la connosce quà mai bene, nu pote	Via ad virtutem est valde angusta, ita quidem, ut ille etiam, qui eam optime noverit, non

so nu se abbata de à densa alequandu au de directa'la au de stanca'la.	possit non declinare ab ea aliquando sive ad dexteram sive ad sinistram.
Venibe tempu'lu morte'lei, et inquo currendu, au tu intardiuedi au te properi.	Veniet tempus mortis, et quidem celeriter; et sive retractabis, sive properabis.

X. Sententiae adversativae vocantur illae, quae sibimet invicem aut ope conceptuum oppositorum, aut ope refutationis vel obiectionis repugnant, e. g.

Multi sciu multe, neme tote.	Multi sciunt multa, nemo omnia.
Benevolentia'la se pote stengere intre consangini, fora a se stengere consanginitate'la, intre amici nu se pote, fora perire'la amicetia'lei.	Benevolentia potest exstingui inter consanguineos, absque exstinctione consanguinitatis, inter amicos non, absque interitu amicitiae.
Nu dora se punescu facte'le relle, quì volia quella rea prin quale aquelle-à se fecero.	Non enim malae actiones puniuntur, sed mala voluntas, qua illae factae sunt.
Nu scribe esperientia'la legi intellectione'lei umana, qaì intellectione'la esperientia'lei.	Non experientia praescribit leges intellectui humano, sed intellectus experientiae.
Quelli qui ama vestimente pompose se facu de risu inante 'la totoru, quali sciu quo nu vestimentu'lu face pre omu, quì omu'lu pre vestimentu.	Qui pomposa amant vestimenta, ridiculos se faciunt coram omnibus illis, qui sciunt non vestes facere virum, sed contrâ, virum facere vestes.
Nu numai desupra'la pavimentu'lui, quì et in intenebrice 'le lui quelle mai d' inintru e asconsa utilitate 'la quellaru mai multe lucrori.	Non vero supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris, plurimarum rerum latet utilitas.
Peripatetici'li diceba quo perturbationi'le nu su numai naturali, vero et supre utilitate de à natura nobe date.	Peripatetici perturbationes non modo naturales esse dicebant, sed etiam utiliter a natura nobis datas.

XI. Sententiae conclusivae dicuntur illae, quae praecedentibus causam continentibus subiunguntur, indeque procedentem necessitatem ope Particularum conclusivarum indicant; e. g.

Facta mirabile se clama, pru quo nu se face de multe ori.	Res mirabilis vocatur, quia non saepe fit.
Quelli mai multi omini nu se imbebita dora, pru quo bebu prè multu, vero pru quo su invetiati prè paucinu cu bebitura'la.	Plurimi homines inebriantur non forte ideo, quod nimium bibant, sed quod minime potioni adsueti sint.
Nu abére'la face felicitate'la, quì contentetia'la, pru a quella-à quelli qui volu so fia felici, nu abu de invetiare a addunare multu, vero a se contentiare cu paucinu.	Non opulentia facit felicitatem, sed contentus animus, quapropter qui felices esse volunt, non debent discere multa congerere, sed paucis contentos esse.
Nemica nu se scie, disse unu Aporeticu. De unde scii tu quo nu se scie nemica? interrogá unu Criticu. D'in esperientia, response aquellu-à. Ergo totu scii aleque, subjunse aquestu-à, bene quo numai d'in esperientia.	Nihil scitur, dixit quidam Aporeticus. Unde tu scis nihil te scire? interrogavit Criticus. Ab experientia, respondit ille. Ergo tamen scis aliquid, subiunxit hic, quamquam tantummodo ab experientia.
Nemica nu pere in natura, dequi neci anima'la nostra nu pote perire.	Nihil interit in natura, ergo nec animus noster interire potest.

XII. Sententiae conditionales duabus consistunt partibus, antecedenti, scilicet, et subsequenti, quarum prior communiter conditionem ipsam, posterior vero conditionatum exprimit; sed plerumque ordo etiam inverti potest; e. g.

Do esci omu de omini, nu te imperunare cu nesqui miselli quà aquelli-à.	Si vir es honestus, noli familiaritatem tam iniquorum hominum quaerere.
De multe ori omini'li morbosi do bebu aqua frigida, se facu sanitosi.	Saepe homines aegri, si aquam frigidam bibant, sani fiunt (relevantur.)

Espectarem et mai multu, do scirem quo nu espectu pro nemica.	Exspectarem quidem amplius, si scirem me non in vanum expectaturum.
Do e unu Deu directu, nu pote remanere reutate' la omini'loru impunita; dequi e unu Deu, quo natura' la ni lu arreçia, el directu, quo mente 'la nostra ni lu predica: ergo reutate'la nu va remanere impunita; et do et scapa in aquesta viuetia, cu addeveratu in quella altra nu e quine so la scape.	Si existit Deus justus, malitia hominum impunita non potest manere; atqui existit Deus, nam natura eum nobis indicat, et justus, nam mens nobis talem praedicat: ergo malitia hominum non manebit impunita; et quamquam evadat in hac vita, certe in futura non est qui eam evadere faciat.
Do invetiassei aleque, nu abi fire asì superstitiosu.	Si aliquid didicisses, non adeo esses superstitiosus.
Do firemu mai diuetiosi, credu quo aberemu mai multi amici.	Si ditiores essemus, credo, quod plures haberemus amicos.

XIII. Sententiae concessivae exprimunt conditionem ad effectum expectationi oppositum producendum, quae conditio sive ut suppositio ab adiunctis petitur, sive ut concessio liberae voluntatis exprimitur. Particulis concessivis in parte antecedenti respondent adversativae in subsequenti *tame, totusi* tamen; e. g.

Benequo nu potemu fire toti intellecti, totusi sumu toti debitorii a fire vertuosi.	Quamquam non possimus esse omnes sapientes, tamen omnes probi esse debemus.
Omini'li boni facu, que e directu et que e onestu, benequo nu vedu neci unu emolumentu urmatoriu.	Boni homines faciunt, quod rectum, quod honestum est, etsi nullum consecuturum emolumentum vident.
Omu'lu nu se mira de que vede cu mente 'la, mecarquo nu scie, pruque se face.	Homo, quod mente videt, non miratur, etiamsi, cur fiat, nescit.
Que e fedu, do se et asconde, tame nu se pote in neci unu modu facere onestu.	Quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest.

Mecarquo eçci omu de nemica, totusi nu te orrescu, pre tene dicu, vero ti orrescu facte'le.	Etsi homo sis nequam, tamen te non abominor, te dico, ast abominor actiones tuas.
Multi su, quali nu contedia dicere que sentu, dò e et bene, fendu-le frica de invedia.	Multi sunt, qui non audent dicere, quod sentiunt, etsi optimum sit, invidiae metu.
Do me et laudi cu gula'la, totusi nu te credu, sciendu que senti in anima.	Quamvis ore me laudes, tamen tibi non credo, sciens quod animo sentis.

XIV. Sententiae relativae dicuntur illae, quae ope Particularum relativarum: *qui* qui, *quellu qui* ille qui, *quale* qualis, *quantu* quantus, *unde* ubi, *de unde* unde, copulantur, ad mutuam relationem vel dependentiam inter se indicandam; e. g.

Quine e quellu qui pote dicere, egu nu su peccatosu?	Quis est, qui dicere potest, ego non sum peccator.
Quellu qui nu la pote ducere cu mente'la à atanta-à, so cogite que vole et so volia que cogita, se debe rossinare.	Qui mente eousque pervenire non potest, ut cogitet, quod vult, et ut velit quod cogitat, illum pudere debet.
Quantu abi facutu nu e desatullu, do poti facere mai multu.	Quantum fecisti, non est satis, si plus facere potes.
Vértuti' le anima 'lei se nascu d'in ratione, de quantu quale nemica nu e in omu mai diuinu.	Animi virtutes ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine divinius.
Fontana'la de unde adduci aqua nu se turbula, do nu la turbuli tu.	Fons, inde aquam fers, non turbatur, nisi tu eum turbes.

XV. Sententiae correlativae vocantur illae, quae ope Particularum demonstrativarum et relativarum sibi respondentium copulantur, et mutuam producunt reciprocitatem, ita ut una absque altera cogitari nequeat; e. g.

Quanti omini, atante sententie.	Quot homines, tot sententiae.
Quale portare, atale remunerare.	Quales mores, talis remuneratio.
Cu quantu mai multu invetii, cu atantu mai bene vedi quo nu scii nemica.	Quo plus discis, eo melius vides te nihil scire.

Quantu argentu abi in arca, atantu abi et creditu.	Quantum nummorum habes in arca, tantum habes et fidei.
Quomu ari, asì secili.	Quemadmodum aras, ita metis.
Quandu neci nu cogiti, atunci ti vene fortuna'la.	Quando nequidem cogitas, tunc obviam tibi fit fortuna.
Quomu commanda imperatoriu 'lu, asì ausculta militariu'lu.	Ut imperator imperat, ita miles obtemperat.
Cu quantu mai multu ne intuitamu à celu, cu atanta-à mai multu ammiramu ellu nostru creatoriu.	Quanto plus intuemur coelum, tanto magis admiramur nostrum creatorum.

XVI. Sententiae partitivae vocantur illae, quae eadem Particula incipientes talem ad se invicem exprimunt relationem, ut tanquam partes ad unum integrum pertinentes compareant; e. g.

Altre tempori, altre cogite et altre usantie.	Alia tempora, aliae opiniones, et aliae consuetudines.
Altri'li aduna auru, altri'li lu resipescu.	Alii conferunt aurum, alii dissipant.
Amù ride, amù plange; amù suppera, amù se roga de liberlare.	Modo ridet, modo plangit; modo offendit, modo veniam rogat.
Tota armata'la fû parte occisa, parte prensa.	Totus exarcitus fuit partim occisus, partim captus.
Altramente debemu viuere cu turannu' lu, altramente cu amicu' lu.	Aliter debemus vivere cum tyranno, aliter cum amico.
Altre animali passindu, altre'le serpendu, altre 'le svolandu, altre'le innotandu se ducu à pastione; et buccate' le parte cu denti'li le appuca, parte cu ungle'le rapescu, parte cu rostru; altre'le carpu, altre'le rodu, altre'le manca.	Alia animalia gradiendo, alia serpendo, alia volando, alia nando ad pastum accedunt; cibumque partim dentibus capessunt, partim unguibus arripiunt, partim rostris; alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.

XVII. Sententiae continuativae dicuntur illae, quae secundum seriem consecutivam ope Particularum continuativarum inter se copulantur; e. g.

Nu ti potiu sponere mai multe; antaniu pruquo nu abiu tempu anunci, apoi pruquo nu abiu volia.	Non possum tibi plura dicere, primum, quia nunc tempus non habeo, deinde quia deest animus.
Du-te anunci a casa, et especta pino vene Marcu, apoi ve poniti in carru et ve duciti in campania; quo egu dupo que finiriu lucreri'le melle, indata voliu urmare.	Vade modo domum, et exspecta eousque Marcus veniat, deinde adscendite currum et ite rus; nam ego, postquam finivero mea negotia, subito sequar.
Veno à mene quantu mai de currendu: quà antaniu so ne mai vedemu, apoi so mai verbimu, et so ne intellegimu de supre quelle que va so facimu; dupo aquella-à so discutimu nesque questioni scientifice; et mai pre urma so ne confirmamu amicetia' la.	Veni ad me quo ocius: ut primum nosmet videamus, deinde ut colloquamur, et iis de rebus concertemus, quas faciendas habemus; tum ut aliquas quaestiones scientificas discutiamus; et postremo, ut nostram amicitiam confirmemus.
Aquomu ausculta que ti dicu, apoi fa que ti commandu, et in fine te collica.	Nunc attende ad ea, quae tibi dico, tum fac, quae tibi mando, denique decumbe.

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F.
NERVAE. TRAIANO. OPTIMO. AVGVSTO.
GERMANICO. DACICO. PONTIF. MAXIMO.
TRIB. POT. IX. IMP. V. COS. V. P. P.
A. TREBON. LAVRIANVS.
EIVS. EX. DAC. COL. EX. V. P.
POST. MDCCXXXIV. ANNOS.

Errata.

pagina.	*ord.*	*loco.*	*lege.*
XIV	3.	Pontus	Pontum
XIV	4.	Barysthenem	Borysthenem
XXXIII	11.	Brundizuberensis	Brandizuberensis
XLVII	19.	Antonius	Antoninus
LIII	20.	vere	vero
6	1.	aciellu, — fame,	*aciellu, — fame*
7	15.	angelico	anglico
12	16. ab imo.	oppertet	oportet
13	3. ab. i.	quarendo	quaerendo
20	9.	*orbi*	orbi
24	8.	hoc in, casu	hoc in casu
27	12. ab. i.	abtuse	obtuse
31	2.	vulpis.	vulpes
42	7. ab i.	circumfiexus	circumflexus
45	1. ab i.	secunduriae	secundariae
46	13. ab i.	representatio	repraesentatio
47	2. ab i.	destinates	destinatas
50	1. ab i.	*cinu*	*vicinu*
63	8.	pluralam	pluralem
68	3. ab i.	*ucidu*	*lucidu*
70	2.	subtitis	subtilis
70	18.	allo — foeminium	allo — foemininum
71	9. ab i.	*silvatici etc.*	*selvatici etc.*
72	12.	pluralum	pluralem
77	10. ab i.	*done'la*	*doue'la*
78	2.	quine	quinae
85	10.	*velqne*	*velque*
110	5. ab i.	*canteam*	*cantaam*
124	12.	inc	Hinc
127	11. ab i.	*rossecu*	*rossescu*
132	17.	*compendu*	*comprendu*
143	3. ab i.	illuditi	illudite
145	9. ab i.	*ui*	*mi*
146	2. ab i.	quaeror	queror
147	13. ab i.	*addu*	*adducu*
178	6. ab i.	laudat	laudat.
184	17.	concessivae	concessivas
184	19.	conclusivae	conclusivas.
197	12.	venins	veniens.
199	12. ab i.	calciare	calceare

pagina.	ord.		loco.	lege.
204	7.	ab i.	omarus	amarus
206	16.		benevolle	benevelle
208	15.		*abiectare*	*obiectare*
208	1.	ab i.	*separare*	*separare* separare, *seponere*
210	4.		*sia unde, sia qnantu*	*siaunde, siaquantu*
213	10.	ab i.	Numas	Numa
216	5.		*capn*	*capu*
217	7.	ab i.	*fortuna*	*fortunata*
219	21.		*temptu*	*templu*
223	6.	ab i.	*pentice*	*pantice*
231	4.		*veterenetie*	*veteranetie*
232	11.		quadrates	quadrantes.
239	4.	ab i.	se	est
240	5.		*sine*	*sene*
249	15.	ab i.	*Auduforte*	*Audu forte*
252	17.		*rompe tu capu*	*rumpiti capu'lu.*
253	2.		*faeere*	*facere*
259	10.	ab i.	memento	momento
261	3.	ab i.	imperferfectum	imperfectum
264	9.		possivo	passivo
265	13.	ab i.	*Deme triu*	*Demetriu*
266	2.		*tola*	*tota*
268	7.		*ana*	*una*
269	5.		*diffi-*	*diffici-*
270	3.		*gubernere*	*gubernare*
270	4.	ab i.	*purenti 'loru*	parenti 'loru
271	5.		larcimas	lacrimas.
274	12.	ab i.	II.	III.
276	7.		*addicimu*	*adducimu*
277	19.		*estaordinariu*	*estraordinariu*
279	14.	ab i.	*esta-ù*	*esta-à*
280	20.		estate	aestate
281	4.		*rerbe*	*verbe*
283	20.		eos	os
285	13.	ab i.	*tale*	*tate*
287	18.		*arme-*	*arma-*
289	11.	ab i.	abque	absque
289	2.	ab i.	Danturin	Dàntur in
291	20.		*qaì*	*quì*
293	8.		*el*	*et*
295	16.	ab i.	exarcitus	exercitus.